

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546733>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

LOG Id: LOG_0160

LOG Titel: Herbarii Amboinensis liber quintus. De Arboribus agens silvestribus promiscue. - Het Amboinsche Kruid-Boek. Het vyfde Boek, handelnde van de overige wilde Boomen onder malkanderen

LOG Typ: section

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

HERBARIUM HET AMBOINSCHES AMBOINENSIS KRUYD-BOEK.

LIBER QUINTUS.

*De Arboribus agens silvestribus
promiscue.*

HET VYFDE BOEK.

*Handelende van de overige wilde
bomen onder malkanderen.*

CAPUT PRIMUM.

*Varinga latifolia: Waringin Daun
Besaar.*

I. HOOFDSTUK.

De Breedblaadige Varinge-Boom.

Hic liber quintus restantes continet arbores silvestres promiscue, quæ diversi sunt usus, quantum ad nostram pervenire notitiam, certi autem sumus, in Amboinensibus solitudinibus ac silvis multo majorem latere arborum numerum, quæ materiam præbent satis copiosam diligentiae subsequendum nostrorum indagatorum. Atque uti priorem librum quartum talibus silvestribus arboribus, quæ peregrinæ penitus Europæis sunt naturæ, & incognitæ, quæ in aquis nempe crescunt, clausimus, sic in hujus quinti primordio tales inducimus, quæ in ipsa vegetant terra, ac peculiariter radiciferæ arbores vocantur, seu Indico nomine *Waringin*, quæ non minus quam antecedentes in diversas classes ac species dividuntur, & inter sese peculiares quosdam gerunt characteres.

Quorum Primus est: Quod non erectum gerant truncum, vel unicum, sed multis sese erigant furculis, seu tot sinibus & foveis quasi obruti sint, ut tota penitus trunci facies dispareat, uti & crassiores etiam rami sibi invicem sæpius adcrefcunt.

Secundus: Quod ex crassis ramis plurima filamenta vel fibrillas deorsum dimittant, quæ terram tangent radices sensim, & tractu temporis novos etiam emittunt stipites.

Tertius: Quod lacte turgeant; quod tamen in plurimis innoxium est.

Quartus: Quod nullos gerant flores visibiles; sed fructus more Ficorum progerminant, uti omnes adfines sunt *Sycomoræ*, atque hinc apud veteres sub nomine *Ficus Indicæ* descriptæ.

Quintus: Quod ipsarum folia, ac præsertim horum pars inferior in costarum interstitiis peculiari modo venulis cancellatis sit pertexta.

Prima itaque species est *Varinga latifolia*, quam hoc in capite describimus, quæ arbor est vastissima, irregularis, & ample extensa, quæ mox supra radicem variis sese extendit stipitibus instar plantæ, quorum quivis truncus non est rotundus vel æqualis instar aliarum arborum, sed mire gyris & foveis inflexus, rarissime autem solitario excrefcit trunco, quique ex variis compositus videtur minoribus stipitibus, tali quoque modo sese crassi obferunt rami, & ubi sese tangunt, concrefcunt, ita ut naturalis sit species inconditæ naturæ & luxuriæ, supra enim intricaciones istorum stipitum & ramorum, crassissimi horum solitarii plurima emittunt filamenta deorsum navigiorum filamentorum crassitiem habentia, sed vaga magis & rariora quam in subsequenti parvifolia specie, quorum extremitates bifidæ sunt, atque horum singula iterum bifida sunt, donec terram tangant, cui parvis fibrillis sese infigunt, adeo fimiter, ut instar chordarum tensa sint, hæc filamenta autem ex terra suum haurientia nutrimentum sensim in rectos & novos excrefcunt truncos, quæ instar fulcrorum arbori subposita sunt, si nempe in silvis suæ committantur naturæ, talique modo plures generat stipites, quique majori proximi sunt, sensim concrefcunt; si vero circa ædes locatæ sint arbores, rara & vaga tantum generant fulcra,

Dit vyfde boek behelst de overige wilde bomen, door malkanderen van verscheiden gebruik, zo veele tot onze kennisse zyn gekomen, want wy verzekert zyn, dat de Amboinze wildernissen nog vry een grooter getal verbergen, en stof van neerstigheid aan onze navolgers bewaren; gelyk wy het voorgaande vierde boek met zodanige wortel-boomen van een vreemde, en de Europeanen onbekende gedaante, die in 't water wasschen, beslooten hebben, zo zullen wy dit vyfde boek met diergelyke bomen beginnen, die op 't land wasschen, en men eygentlyk wortel-bomen noemt, of met een Indiaans woord *Waringin*, niet min, dan de voorige, in verscheide soorten verdeeld, en onder malkanderen eenige byzondere ken-teekens hebbende als:

1. Datze geen regte, en enkelde stam hebben, maar uyt vele strengen t'zamen gewonden, of immers zo vol bogten en kuylen zyn, dat men geen fatzoen van stam daar aan bekennen kan, gelyk ook de dikke takken dikwils aan malkanderen vastgroeyen.

2. Datze uyt haar dikke takken vele draden en vasselingen na beneden zenden, die de aarde rakende, wederom in wortelen, en metter tyd nieuwe stammen maken.

3. Datze vol melk zyn, die in de meeste onschadelyk is.

4. Datze geen bloeizel hebben, maar de vruchten komen voort op de manier, als *Vygen*, gelyk ze dan al t'zamen uyt de maagfchap zyn van *Sycomorus*, en daarom by de ouden onder den naam van *Ficus Indica* beschreven zyn.

5. Dat men aan hare bladeren en der zelfver onderste zyde de plaatzen tusschen de ribben op een byzondere manier, met kleene adertjes ruyts wys doorweven ziet.

De eerste zoorte is de grootbladige of *latifolia*, die wy in dit capittel beschryven, het welk is een zeer groote boom, woest en wyd uytgebreyd, straks boven de wortel, met verscheide stammen, zig wyd uytspreydende, gelyk een plante, yder stam is niet rond en effen, gelyk aan andere boomen, maar wonderlyk met kuylen en bogten gewrongen, en zelden vind men hem met een enkelde stam, die dan nog al uyt vele strengen schynt gevlogten te zyn, zo groeyen ook de dikke takken aan malkanderen, daar ze malkanderen ontmoeten, zo dat by is een naturelyk afbeelzel van alle wildheid en ongebondentheid, want boven de verwerringe van gemelde stammen en takken, zo schieten de dikste daar van, die dwers staan, nog vele draden na beneden, in de dikte van zeilgaren, doch ydeler en weyniger, dan de volgende kleenbladige zoorte, wiens einde zig telkens in 2. verdeelt, en yder der zelfver weder in 2., tot datze de aarde raken, als dan makenze haar met kleene worteltjes vast, en staan zo styf, als een gespanne koorde, deze touwen nu uyt de aarde haar eygen voedzel krygende, worden metter tyd regte en nieuwe stammen, die als pilaren onder den boom staan, als by in de wildernis ongemoet groeyen kan, zo gewind by veel zulke stammen, en de naaste aan de hoofstam, groeyen metter tyd aan malkanderen vast, maar omtrent de Negoryen of woningen van menschen staande, beb-

cra, quum dependentia fila continuo avellantur, ut multiplicatio incondita prohibeatur.

Ramuli in obscura genicula seu nodos divisi sunt, hisce folia insident magna; folitaria, & irregularia, palmam longa & lata, illis *Tsjampadabæ* simillima, sed non ita rugosa nec pilosa, superius latissima & subrotunda, crassa, & scabra, quorum costæ ab utraque protuberant parte, & parallelæ sunt, quæque ad oras in sinus concurrunt, costarum vero interstitia venulis pertexta sunt innumeros cancellos formantibus, illa autem brevibus insident petiolis & crassis.

Ubique ex abruptis foliis vel fauciato arboris cortice lac exstillat spissum ac pingue & albicans, saporis fatui, atque innoxium; ramulorum summum semper terminatur in longum ac viridem apicem, corniculum referentem, ex quo novum progerminat folium, qui peculiaris omnium *Varingarum* character est: In cunctis quoque hisce speciebus fructus sine notabili flore excrescunt instar *Ficorum*, quorum hæc species maximos gerit, qui adultas referunt *Olivas*, sed majores & oblongiores, atque ad summitates latiores, bini tresque, immo sex sæpius uno ex ortu proveniunt, & concrescunt quasi sessiles tenuibus in ramulis, tam inter quam post folia, primo autem hi fructus intense lutei sunt, dein rubri, & viridibus quibusdam seu albicantibus punctulis adpersi, ac demum ex nigro coerulescunt instar maturorum *Prunorum*, alba autem ista punctula sensim disparent, in inferiore autem parte aliquomodo rugosi sunt, atque maturi *Ficorum* substantiam habent, sed duriores & sicciores, sine notabili sapore, ac proinde hominibus inutiles cibo, sed eo gratiores sunt silvestribus avibus: In ipsorum centro parva conspicitur cavitas, quæ granulata obducta est, uti in *Ficis* hæc quoque observatur, illa vero rubicundæ adhærent carni, inter hæc nunc unum nunc gemina reliquis majora conspiciuntur granula, uvarum acinos referentia, per quæ hæc propagatur arbor; cujus lignum albicat, seu pallide flavescit, estque molle, leve, nec durabile. Radices ejus copiose & late dispersæ sunt tam supra quam sub terra, intus quoque fungosæ & flavescentes.

Anni tempus. Rubri fructus Augusto in conspectum veniunt, nigri vero Septembri, Octobri, & subsequen- tibus mensibus, immo aliquando Martio, ita ut non certum observet hæc arbor anni tempus, ita quoque non omni anno fructus suos profert, sed aliquando per unum alterumve annum id differt, quum ita copiose tum suos exhibet fructus, ut arbor per fructus hos tota lutescat. Loca amat maritima, sæpe etiam montana & semper aprica, ubi aëri libere est exposita, nec ullas circa sese adstantes habet arbores nisi suæ familiæ: Huc usque nullum reperi incolam, qui declarare mihi potuerit, unquam sese vidisse arbusculam *Varingæ* specierum solam ex terra nuda propullulantem instar aliarum arbuscularum, præter miram enim ejus formam peculiarem quoque propagationis observat modum, qui ipsis incolis fere hucusque penitus est incognitus.

Putatur autem vulgo, nullo alio modo has propagari nisi per volucres, qui fructus comedunt, ipsorumque maximum granum per fecessum ejiciunt inter herbas, aliarum arborum cortices, vel murorum veterum rimas tam calce quam sine illa exstructorum, ex quo *Varingæ* furculus progerminat, ramulis fursum sese æque adtollens, quam radiculis & fibrillis deorsum sese figens, & quæ tali modo arborem ipsam arcte complectuntur, donec terram adtingentes in illam radices immittant. Quando nunc filamenta hæc suum ex ipsa terra hauriunt nutrimentum, juxta truncum adeo increscunt & crassescunt, ut ipsum totum obtegant, ac tempore ipsam subfocent matricem, unde & in extirpatione vetustarum *Varingarum*, hæc in centro suo excavatæ reperiuntur, vel aliud obtegentes lignum: Tale spectaculum semel ad sinum *Clytensem* in *Hitoes* ora vidi, ubi novum propugnaculum extrueretur, atque in hunc finem iste depuraretur locus, inter alia vasta extirpabatur arbor, quam incolæ vulgo putabant *Varingam latifoliam* esse, sed interna arbor erat elegans ac silvestris *Metrosideros*, cujus coma per paucos ramos adhuc vigeat, *Varinga* erat obducta, & trabium usui nobis lignum præbebat: Ista autem dicta sunt de cunctis *Varingæ* speciebus, sed frequentius hæc observantur in subsequentibus quam in hac specie.

Nomen.

hebben weynige diergelyke pilaren, dewyl men de afhangende draden gedurig afrukt, om de verwildering te beletten.

De ryskens zyn in donkere leden of knopen verdeelt, daar aan staan groote bladeren, enkeld, en zonder order, een band lank, en breed, die van *Tsjampadaha* zeer gelyk, doch zo ruig en hairig niet, voor breedst, en in een ronde spits toelopende, dik en styf, de ribben steken te weersyden uyt, lopen wat parallel, en sluiten by de randen met bogen t'zamen, de tusschen spatien tusschen de ribben zyn met kleene adertjes doorweven, ontallyke ruitjes uytmakende, en staan op korte dikke stelen.

Over al uyt de afgebrokene bladeren of gequetste schorsse dezès booms, loopt een dikke witte melk, lach van smaak, en onschadelijk, het uytterste der ryskens eindigt altyd in een lange groene spits als een boortje, waar uyt een nieuw blad werd, 't welk mede een kenteken van alle *Waringen* is: De vruchten aan alle *Waringen*, komen zonder bloeyzel voort, gelyk de *Vygen*, waar onder deze zoorte wel de grootste heeft, zy gelyken volwassen *Olyven*, grooter en langwerpiger, aan de einden breder, en zitten met bare billen 2. 3. en 6. digt tegen malkanderen, zonder stelen, tegen de dunne takken aan, zo wel tusschen als agter de bladeren, eerst zynze boog-geel, daar na rood, en met eenige groene of witachtige puntjes bezet, ten laastten werdenze zwart-blaauw, als rijpe *Pruymen*, en de witte puntjes vergaan allenkskens, maar aan 't agterste wordenze wat rimpelig, de rijpe zyn van substantie de *Vygen* gelyk, doch harder, en droger, zonder merkelijke smaak, en dierbalven voor menschen onbequaam om te eten, maar zo veel aangenamer voor 't wilde gevogelte: In de midden ziet men een kleene bolligheid, en dezelve omgeven met kleene kortjes, gelyk in de *Vygen* aan een roodachtig vleesch hangende, onder dezelve vind men zomtyds een of twee groter, dan de andere, in de gedaante van een *Druyvesteen*, waar mede deze boom word voortgezaait; 't Hout is wit of ligt-geel, week, ligt, en gansch niet durabel. De wortelen zyn veel en wyd verspreid, zo boven als onder de aarde, van binnen mede woos en ligt-geel.

Saysoen. De rode vruchten ziet men in Augustus, de zwarte in September, October, en later, zomtyds ook in Maart, want by houd geen precisen tyd, zo draagt by ook niet alle jaren, maar slaat zomtyds een jaar of twee over, wanneer by dan weder zo overvloedig draagt, dat den boom geel schynt van alle de vruchten. Hy wast gaarn op plaatzen omtrent de stranden, zomtyds ook in 't gebergte, en dat altyd aan opene plaatzen, daar byruimte, en geen andere bomen, als van zyn geslacht, om zig heeft. Ik hebbe tot nog toe geen *Inlander* gevonden, die heeft durven verklaren, ooit gezien te hebben een jong boompje van alle *Waringe* geslachten, dat uyt de bloote aarde, gelyk andere boompjes gesprooten is, want by heeft behalven zyn wondere gedaante, ook een byzondere manier van voortteling, die by de *Inlanders* zelfs nog meest onbekent is.

Men houd 'er voor, datze anders niet, dan door de vogels kunnen voortgeteeld werden, die de vruchten eeten, en de grootste korf daar van door den afgank laten vallen, in de ruige schorsse van eenige bomen, of scheuren van oud muur-werk, zo wel met, als zonder kalk opgezet, waar uit als dan dat jonge *Waringin-spruitje* voortkomt, zo wel met zyn takjes opwaarts klimmende, als met zyne wortelen en draden nederwaarts, den boom met vele armen digt omvattende, tot dat het de aarde genaakt, en aldaar inwortelt, als 't nu zyn voedsel uyt de aarde heeft, zo worden de touwtjes langs de stam zo digt, en dik, datze den zelven bedekken, en metter tyd haar moeder-stam geheel verstoffen, weshalven men gemeenlyk by 't omkappen van de oude *Waring-boomen* dezelve van binnen bol bevind, of een ander hout verbergende: Dusdanig spectacul heb ik eens op de boek van *Clyt* ter kust van *Hietoe* bevonden, daar wy een nieuwe fortres wilden leggen, en tot dien einde de plaats schoon makende, onder anderen een groote boom omvellende, die de *Inlanders* doorgaans voor een *Varinga latifolia* aangezien hadden, maar van binnen een dikke schone, en *Tzer-houte-boom* bevonden, die boven in de kruin met weynige takken nog leefde, en ons tot balken wel te stade quam: Dit zy van alle *Waringe* geslachten gesproken, en men bevind 't meer aan de volgende geslachten, dan aan dit eerste.

Naam.

Nomen. Generali nomine cunctæ hæc arbores Latine vocantur *Varinga*, Plinio autem & antiquis *Ficus Indica*. Belgice *Waringe-boomen*, quod nomen a multiplici truncorum contorsione derivari posset, nisi verum nomen Malaiense esset *Waringin*. Portugalli illam vocant *Arbore de raix* h. e. Arbor radicum seu radicifera, unde & Græco-Latine vocari posset *Arbor polyrrhizos*. Peculiariter vero hæc prima species dicitur *Varinga latifolia*. Malaice *Waringin daun Bezaar*, & *Waringin Tsjampadaba*. In Hort. Malab. tom. 1. Fig. 25. vocatur *Atty alu*, Bracmanis *Rumbadu*, Ternatice *Fissa Foeru*, & etiam *Waringin*, Baleyice *Boemit*, Macassarice *Caju Tanang*, Amboinice *Nuno Anaban* a forma foliorum cum illis *Tsjampadaba*, Bani-danice *Sombang*.

Locus. Prima species seu *latifolia* a Java obcurrit per Orientalem plagam Baleyæ & Celebes usque in cunctas Moluccæ insulas, sed in Amboina non ita frequenter ac subsequentes species, optimæ & maximæ observatæ sunt in Hitoes ora, præsertim in litore *Lebulebu*, ubi vero nunc per ingentem inundationem anni 1674 perditæ sunt, an vero in veteri India seu aliis Occidentalibus plagis reperiantur, me latet, puto enim, *Arborem Radicum* a Linschoteno descriptam, quæ circa Goam crescit, a *Varinga* nostra quodammodo differre, atque ex auctoris istius descriptione comperio varias ibi reperiri species, quidam enim ipsi tribuunt fructum magnitudine *Ciceris*, alii *Olivæ*, quæ utraque forma immo alia etiam hic reperitur, saltem nostra *latifolia* non ex ramis suis emittit fila nec tot furculos, quot de veteri India specie testatur, unde & jure diversa hæc habetur species.

Ufus. Hæc arbor nullam partem tigno aptam exhibet, excepto quod lata quædam segmenta ex ejus trunco excidantur, ex quibus volutæ formantur, quæ in proris navigiorum Korre Korre dictorum ornamentis gratia inponuntur, & topiario opere eleganter & artificiose exciduntur, sed non durabiles sunt, si non pigmento quodam obducantur, meliores vero sunt ex minori parvifolia specie formatæ.

Amboinenses has sæpe plantant arbores in fori locis, ut sub ipsarum umbris, si excreverint, conciones frequentent, qualis vastissima & elegantissima locata erat in Hila ante memoratum istud diluvium, quæ plurimis truncis & stipitibus extensa erat instar *Brassicæ*, ita ut totum fori tractum conventus *Keytetto* occuparet, crassissimum gerens truncum, & magnam radicum congeriem instar scopulorum, unde vis horribilis undarum marinarum adparuit, quæ fere 17 Februarii anni 1674 per terram dispergentes, hanc vastam arborem ita rapuerunt, ac si nunquam ibi locata fuisset, licet ad scopeti distantiam a litore remota esset.

Homines, uti dictum fuit, ejus fructibus non vescuntur, licet maturi satis sint dulces, sed simul fatui, contra omnes majores silvestres aves, ac præsertim palumbes & annui dicti, quam maxime ejus expetunt fructus, ita ut magna copia ad has advolent, easque frequentent arbores iis mensibus, quibus maturefcunt fructus, quod bene norunt aucupes: si jam illi decidunt, apri hos investigant & comedunt, venatoresque hos iterum investigant: Tenera arboris folia plebi oleri inserviunt, quæ coquunt, sed inad-fueti conqueruntur ejus usum capitis vertiginem causare.

In *Keytetto* montibus quondam ingens locata erat *Varinga latifolia*, quæ quotannis sub finem Orientalis seu pluviosæ anni temporis vetusta sua dimittebat folia, ac mox sub initium Occidentalium seu siccorum mensium nova regerminabat, fructusque producebat, ex qua incolæ mutationem anni temporis dignoscebant, arborisque excellentem magnitudinem æstimabant, uti & omnes tales arbores, quas ante ipsorum *Ballurren* seu publica ædificia locant, ipsis magno sunt honori, quæque ipsis *Capalla Negry* h. e. pagi princeps vocantur. Hæc ipsa vero arbor circa annum 1642 prolabebatur, quum tumultuosus *Kackialay* junior Hitoes centurio montes istius regionis occuparet, ut cum nostro populo bellum gereret; unde pro certo ominabatur, immo ipsi incolæ, irregulare & inconditum istud imperium brevi destructum fieri, cujus, uti di-

Tom. III.

ctum

Naam. Met een generale naam worden alle deze boomen in 't Latyngeheten *Varinga*, by Plinius en de ouden *Ficus Indica*. In 't Duits *Waringe-boomen*, 't welk men van 't veelvoudige wringen der stammen zoude kunnen aflyden, indien de zuivere Maleytze taal niet was *Waringin*. De Portugezen noemen hem *Arbore de raix*, dat is *Arbor Radicum* of wortel-boom, en daarom men hem ook mogt noemen in 't Grieks- Latyn *Arbor polyrrhizos*. In 't byzonder word deze eerste soorte genaamt *Varinga latifolia*. Op Maleyts *Waringin* daun Bezaar, en *Waringin Tsjampadaha*. In Horto Malabarico tom. 1. Fig. 25. biet by *Atty alu*, in 't Braminees *Rumbadu*, Ternataans *Fissa Foeru*, en slegts *Waringin*, op Baley's *Boemit*, Macassers *Caju Tanang*, Amboins *Nuno Anahan* van de gelykenisse der bladeren met die van *Tsjampadaha*, *Bandanees Sombang*.

Plaats. De eerste soorte of breedbladige vind men van Java Oostwaarts aan door Baly en Celebes, tot in alle de Moluxe Eilanden, doch in Amboina zo veel niet, als de volgende geslagten, de schoonste en grootste zag men op de kust van Hitoë, inzonderheid op de strand van *Lebulehu*, daarze nu door de groote waterloed van 't jaar 1674 uitgeroeit zyn, of menze in oud Indiën of andere plaatsen om de West vind, is my onbekent, want ik sustinere, dat de *Arbor Radicum* by Linschoten beschreven, en omtrent Goa wasschende, van onze *Waringin* wat verschild, en uit de beschryving van de Autbeuren bemerk ik ook, dat hy zelfs aldaar van verscheide soorten zy, vermits zommige hem een vrucht toeschryven, in de grootte van een *Cicer*, zommige van een *Olyve*, welke beide gedaanten en meerder men alhier vind, immers onze breedbladige geeft zo veel draden niet uit hare takken, nog zet zo veel stammen, als men van de oude Indische zegt, en daarom menze billyk voor een byzondere soorte rekenen moet.

Gebruik. Van dezen boom kan men niets vinden, tot timmer-bout bequaam, behalven dat men eenige brede stukken uit 't hout kapt, waar van men de krullen maakt, die men voor op de *stevens der Korre Korre* zet tot cle-raat, en met lofwerk konstig uitgesneden zyn, doch zy zyn aldaar niet durabel, zo menze niet met eenige verwe bestrykt, en beter werden van de kleenbladige soorte gemaakt.

De Amboinezen planten zomtyds deze boomen, met een tak of stok op baar markt-plaatzten, om onder deszelfs schaduwte, alsze groot werden, vergadering te houden, diergelyke een zeer schoone en groote stond op Hila voor gemelde waterloed, met veele stammen uytebreid, als een kool-plante, zo dat by de gebeele markt-plaats van 't gespanschap *Keytetto* besloeg, met een zeer dikken stam, en klompen van wortelen, als klippen, waar aan de kragt van we scbrukkelyke Zee-baren gebleken is, die zig op den 17 February van gemelde jaar 1674 op 't land werpende, dien geweldigen boom weggevoert hebben, als of hy daar nooit gestaan hadde, hoewel by ruim een musquet-schoot van strand afstand.

De menschen, als gezegt, nuttigen zyne vruchten niet, hoewelze in baar volle rypheid redelyk zoet, maar daar by last zyn, daar en tegen allerhande groote wilde vogels, inzonderheid wilde Duiven, en jaar-vogels zyn zeer gretig na deze vruchten, zo dat men de wilde Duiven met menigte daar op ziet, in de maanden, alsze ryp zyn, daar de *Wildschutters* op letten, als nu de vruchten afvallen, zo passen daar de wilde *Varkens* op, om dezelve op te knappen, en dan de *Jagers* weer op baar: De jonge bladeren zyn by 't slegte volkje een moeskruid, om te koken, doch de ongewone klagen, datze 't hooft wat bezwaren.

In 't gebergte van *Keytetto* stond eertyds een groote *Waringe-boom* van dit geslagte, die jaarlyks in 't einde van de Oost- of regen-mousson zyne oude bladeren afsmeet, en straks daar op in 't begin van de West- of droge mousson nieuwe bladeren en vygjes voortbragt, waar aan 't landvolkje de verandering van de moussons leerde kennen, en zyne uitnemende grootheid in waarden bielden, gelyk zy alle zodanige bomen doen, die zy voor bare *Baleuwen* of *stadhuizen* planten, en *Capalla Negry*, dat is, hooft van 't Dorp noemen. Dien zelven boom viel omtrent 't jaar 1642 omver, als den miteling *Kackialay* jongste *Capitein* van Hitoë in 't zelve gebergte zig nederlagen hadde, om onzen staat te beoorlogen, tot een vast voorbeduidzel, zelfs na 't zeggen der Inlanders, dat die wilde en ongebonden regering haast zoude uitgeroeit werden, waar van, als gezegt, de *Waringa* een *Symbolum* is,

R

ge-

Etum fuit, hæc Varinga Symbolum est, uti libro primo simile quid narravimus de Calappo tricipiti.

Hanc nostram *Orientalē Varingam*, licet ab illa veteris Indicæ *Arbore Raiz* dicta quodammodo differat, unius tamen ejusdemque esse speciei, tales profitentur, qui ambas has arbores & regiones adtento perlustrarunt oculo, atque pronunciabunt *Varingam*, & *arbore de raiz*, unam eandemque esse arborem cum antiquorum *Ficu Indica*, quo nomine descripta est a *Theophr. hist. pl. lib. 4. cap. 5.* & ex eo apud *Plinium hist. nat. lib. 12. cap. 5.* sed sine nomine, apud *Strabonem libr. 5. Geograph.* & apud *Curtium libr. 9. ut & apud doctum Clusium libr. 1. exotic. cap. 1.* cum quo consentio, sed cum venia magni istius viri errorem quendam adnotabo, quem cum aliis communem commisit, putans *Mangue* seu *Mangiu* circa *Malaccam* crescentem, quæ a *Ferd. Lopes Castagueda hist. Orient. Indicæ libr. 7. cap. 3.* ut & *Mangle a Ferdinando Oviedo general. & natur. hist. Occident. Indicæ libr. 9. cap. 6.* descriptam, unam eandemque esse arborem cum *Varinga* seu *Ficu Indica*, quum illæ sint arbores aquaticæ, a me sub finem libri precedentis sub nomine *Mangi Mangi* descriptæ, tales autem errores facile quis committere potest, si ex aliorum relatu quis quædam describat, atque hic illos noto, neutiquam ut doctos derideam viros, uti alii id solent, sed ut plantarum historiam ac veritatem magis detegam, optans talem cordatam correctionem alios, qui scripta mea forte in posterum corrigent, suscepturos esse, corrigent inquam bono judicio, tales enim nihili facio neotericas cavillationes, quas Indiæ peregrinatores aliis exprobrant, qui nempe unam eandemque arborem in variis ac diversis observantes regionibus parvam forte in foliis, floribus, similibusque notantes varietatem, mox scriptorem talem excutiant, ac mendacii vel erroris reum proscribunt, uti inter alios bonus *Linschotenus* a popularibus suis hisce in terris immerito adculpatur.

Figuer D' Indi, seu *Ficus Indica* in *Gallica Antillarum historia* a *Rochefortio libr. 2. cap. 6. art. 11.* descripta, quæ parvum producit fructum osculo destitutum, quæ formam ac saporem habet ad *Ficos Gallicos* adcedentem, meo judicio species quoque erit *Varingæ*, auctor enim iste dicit, arborem illam folium gerere ab illis *Ficus Europææ* multum differens, multoque angustius, ipsamque arborem multo esse crassiorē, ejus truncum multi homines vix complecti possunt, ejus enim truncus non est solidus, atque in peripheria sua solitarius, sed ex plurimis simul alis & furculis compositus a radicibus usque ad ramorum initium, qui quasdam formant cellulas & sulcos quatuor & quinque pedes latos. Alæ autem unam eandemque cum arbore habent substantiam, eodemque cortice obductæ, sex, septemve pollices crassæ respectu trunci; arboris autem lignum est album & molle, ex hisce alis afferes & menfæ formantur, nec nocet arbori, licet illæ excidantur, quia intra breve temporis spatium regenerantur.

Dicit porro, tales quoque ingentes arbores reperiri in insulis de *Fortugas*, præsertim in montibus, sub quarum tegmine ducenti homines recubare possunt, densam enim gerunt comam, harumque fructus forma & sapore cum *Ficis Gallicis* quodammodo conveniunt.

Eadem inter *Varingam* & *Mangi Mangi* confusio quoque reperitur in *Hispanico Plinio*, puto *Eusebio Nierenbergio*, *Hist. nat. lib. 14. cap. 38.* quam in præcedenti libro in capite de *Mangio* jam notavimus, quam hic iterum in memoriam revocamus, ut commissus diu ac fatus apud auctores error circa has binas arbores tandem evanescat.

Baleynses aliquid fabulosi nobis de hac narrant arbore, quosdam nempe felices homines argenteum aliquando seu album in hac reperisse arbore florem, quem tanquam præciosam gemmam conservant, putant enim ac credunt talem, qui hunc inveniunt florem, inde ditescere, hic flos forte similis erit illi *Angrecii* Majora autem figmenta nobis obtrudunt de *Varinga parvifolia*, quæ ipsis *Babingin* vocatur, in hac, dicunt,

gelyk wy in 't eerste boek iets diergelyks gezegt hebben van een drieboofdige *Calappus-boom*.

Dat nu deze onze Oostersche *Waringen*, hoewel van de oud Indische arbore *raiz* een weinig verschillende, nogtans van een, en 't zelfde geslagt zy, zullen die gene moeten bekenen, die beide deze boomen, in beide die landen met opmerkinge gezien hebben, en dat *Varinga*, en arbore de *raiz*, een en dezelfste zyn, met den ouden *Ficus Indica*, met namen beschreven by *Theophrastus*, *hist. plantarum lib. 4. cap. 5.* en uit den zelven *Plin. hist. natural. lib. 12. cap. 5.* maar zonder naam, by *Strabo lib. 5. Geograph.* en by *Curtius in de reizen van Alexander de Grootte lib. 9.* heeft den geleerden *Heer Clusius lib. 1. exot. cap. 1.* genoegzaam bewezen, met wien ik het ook volkomenlyk houd, maar (met verlos van dien grooten geest) moet ik mede aanwyzen 't kleen abuisje, het welke by, en veele andere gebad hebben, meenende, dat de *Mangue* of *Mangiu* een boom omtrent *Malacca* wasschende, en van *Ferd. Lopes Castagueda hist. Orient. Indiæ lib. 7. cap. 3.* als mede de *Mangle* by *Ferdinando Oviedo. gener. & nat. Hist. Occident. Indiæ lib. 9. cap. 6.* beschreven, een en dezelve boom zy met de *Varinga* of *Ficus Indica*, daar dezelve water-boomen zyn, van ons in 't einde van 't voorgaande boek, onder den naam van *Mangi Mangi* beschreven, diergelyke abuisen kan iemand zeer ligt begaan, als by iets uit het verbaal van andere beschryven moet, en werd hier aangehaalt, geenzints om geleerde mannen te bespotten in baren yver, gelyk men genoegzaam diergelyke kittelyke neuswyze menschen vind, maar om de waarheid der planten te meer te ontdekken, wenschende dat my diergelyke discretie ook wederwaren mogte van anderen, die myne schriften zullen komen te verbeteren, ik zegge verbeteren met een goed oordeel, want ik acht dat neuswys berispen niet, 't welk men aan de Oost-Indische *Reysigers* vind, die een en dezelve boom in verscheide landen gezien hebbende, daar aan zy mischien een kleene verandering van bladeren, bloemen &c. gemerkt hebben, straks durven uitkryten, dat den *Autheur* daar van leugens beschreven heeft, gelyk onder anderen den goeden *Linschoten* van zyne *Landslieden* op veele plaatsen ten onregt lyden moet.

Figuer d' Indi of *Indiaanse Vyge-boom*, in de *Fransche Historie van de Antilles* door *Rochefort lib. 2. cap. 6. art. 11.* beschreven, dragende een kleene vrucht, zonder kraaksteen, die de gedaante heeft, en den smaak naderende by de *Fransche Vygen*, is myns oordeels mede een zoorte van *Varinga*, want die *Autheur* zegt, dat die boom een blad heeft van de *Europise Vygen* veel verschillende, en veel smalder, dat 't een veel dikker boom zy, wiens stam veele menschen niet können omvaden, want zyn stam is niet massief, en geheel in de ronte, maar uit veele vierken, en uitprongent samen gezet, van de wortel aan tot aan 't begin der takken, dewelke uitmaken zekere kamertjes, en groeven van 4. en 5. voeten groot. Deze vlerken zyn van een substantie met den boom, en met dezelfde schorffe bedekt, 6. en 7. duimen dik, na proportie van den stam, zynde het hout van den boom wit, en week, uit deze vlerken maakt men planken en *Tafels* zonder schade van de boom, want het in 't korte weder aanwast, wat men afsnapt.

Hy zegt ook, dat men zulke groote boomen in de *Eylanden* de *Fortugas* vind, inzonderheid in 't gebergte, onder wiens schaduw 200. menschen kunnen schuilen, want by zeer dicht van loof is, aan gedaante en smaak der vruchten eenigzints de *Fransche Vygen* gelyk.

Dezelfde confusie van de *Waringen* met het *Mangi Mangi* ziet men ook in de *Spaanse Plinius*, ik zegge *Eusebio Nierenbergius hist. nat. lib. 14. cap. 38.* 't welk wy in 't voorgaande boek in 't Capittel van *Mangi Mangi* al rede verbeterd hebben, en hier wederom in gedachte brengen, op dat doch eens de lang gevoerde dwaling by de *Autheuren* omtrent deze twee boomen mogte verdwynen.

De *Baleyers* verhalen ons wat fabuleus van dezen boom, te weten, dat sommige gelukkige menschen een witte silvere bloem daar op vinden, die zy als een kostelyk juweel bewaren, want zy geloven, dat by de vinder ryk maakt, deze bloem zal die van 't *Angek* gelyk zyn: Nog grooter dingen maken zy ons wys van de kleenbladige *Varinga*, die zy *Bahingin* noemen, daar op, zeggenze, vind men ook, doch zeer zelden, een bloem, als een half ontlokene bloem

cunt, itidem, sed rarissime, invenitur flos instar semi-aperti floris *Tsjampacca* ex subtili constans auro, nec plures uno in tota occurrunt arbore, semel tantum per ejus vitam, hic flos inventori copiosas exhibebit divitias. Si verum sit, credibile est Diabolum talem florem arbori inponere, licet quosdam noverim, qui affirmabant, talem florem sese in arbore observasse: Hic forte fortuna sese obfert, non autem quaerendus est, dicuntque tali saepe obvenire, qui saepius dies festivos, convivia, & muscas frequentat (quod ipsis species religionis est,) Protestari hic iterum me oportet, quum istiusmodi fabulosas narratiunculas in scriptis meis refero neutiquam hoc fieri, quasi ipsis fidem haberem, sed quod sciam & expertus fuerim, semper aliquid veri sub hisce latere, & ut amatores ad ulteriorem investigationem exhortarer, ipsis adfirmans, me quotidie hisce in terris plura revelasse naturæ arcana, quæ Europæis ignota & incredibilia videntur: Contra non æstimo cavillationes inperitorum, qui scripta mea excutiant, ac si repleta essent quisquiliis, anilibusque fabulis: Profitetur vulgo incredibile esse, aurum, argentum, vel quodvis metallum ex plantis posse produci, neutiquam vero id incredibile est accuratis investigatoribus, atque historiarum peritis, qui nempe in iis legerunt aurum in Hungaricis crescere vitibus, hominesque aureis dentibus a natura donatos, multo minus nobis, qui ex indigenis Indiarum exaudimus, non tantum metallum per tonitrua ex cælo prolabi, sed etiam illud in hominum animaliumque corporibus detectum fuisse.

Arboris cortex contusus & circumvolutus optimum præbet funem ignarium, ignemque diu alit, sed ad pollicis crassitiem rotari oportet, truncorum vero & ramorum lignum aptissimum est ad lentum sustinendum ignem, qualem cespites foveant, flammam etiam optime concipit, si siccissimum sit, in obcluso autem & humido si deponatur loco, facillime putrescit, nec ignem admittit: Ex interiore trunci cortice silvestres *Gelolenfes* & *Ceramenfes* *Tsjedakos* seu cingula sua ampla formant, quibus nudum circumligant corpus, simili modo ex eodem cortice in aqua macerato & leviter extenso citrina charta formari potest, quali Javani utuntur, quæ ipsis *Chartas Sultan*, h. e. charta cæsarea vocatur: Longa ista fila ex arboris ramis dependentia, licet rara, ad ligacula apta sunt, quæ saepius ad pollicis crassitiem inveniuntur miris gyris & volvulis sibi intricata, quæ *Rhizothomi* Indici diligenter conligunt, magnumque putant in hisce latere arcanum ad virile robur augendum, simul cum radice *Rubi integrifolii* *Kurukeku* dicti, in partes dissecta & comesta, quales artes Indis magno sunt in usu, honore, ac licentia, quibus ex regionis more & consuetudine mulieres plures alere oportet.

Amaëka forte etiam est Occidentalis *Varinga*, in Guiana, & *Carybæis* insulis crescens, cujus major truncus plurimis erectis ramis tanquam fulcris circumdatus est, qui ex majoribus ramis solo infixis radices suas terræ implantant, unde & cum *Arbore de Raiz* seu *Varinga Indica* melius convenit, cæterum parvos quoque gerit fructus, minores *Ficos* æmulantes.

Si *Varinga* nostra *latifolia* una eademque sit cum *Attyalu H. Malab. part. 1. Fig. 25.* descripta, uti mihi adparet, tum vis ipsi tribuitur ad hepar refrigerandum, atque exæstuantem bilem refrenandam, labiorumque ac manuum fissuras consolidandas, quum vero hæc in hisce oris sint ignota, hinc lectores ad illum ablego auctorem, ubi & porro adnotandum est, commentatorem in istud caput cunctas *Varingas* vocare *Ficus Malabaricas*, quod hic moneo, ne confusionem pariat, quum hodierni, ac præsertim Portugallici scriptores, *Musam* seu *Pisang* tali indigitant vocabulo. Erroneum quoque est *Alu* seu *Varingam* regionibus Malabaricis esse propriam, quum per totam Indiam Orientalem sit nota.

bloem van *Tsjampacka*, en die van fyn goud, men vind 'er niet meer als een aan den gebeelen boom, en dat maars eens in zyn gebeelen leef-tyd; deze zal den vinder overvloedige rykdom toebrengen: Zo't waar is, zo is 't gelooffelyk, dat Heintje *Pik* zodanigen bloem aan de boom brengt; boe-wel ik 'er gekent heb, die verzeerden, datze zulken bloem aan den boom gezien hebben. Men moet ze by geval vinden, en niet zoeken, en zy zeggen, die dikwils feesten, maaltijden, en muzyken speelen, ('t welk by hunlieden een Godsdiens is) bequaam zyn om deze bloem te vinden. Ik moet hier nogmaals protesteeren, wanneer ik diergelyke fabuleuze vertellingen in myne schriften aanbale, dat dit geenzints geschiet als of ik daar aan vast geloof sloeg; maar om dat ik weet, ook dikwils bevonden heb, dat altyd wat waarheids daar onder schuylt, en om de Liefhebbers tot neerstig onderzoek aan te prikkelen, hun verzeerende, dat in deze landen zig dagelyks veele gebeymenissen der natuur openbaren, die voor Europeanen onbekent, en ongelooffelyk schynen; daar en tegen kreun ik my gansch niet aan 't schimpen van vele onwetende, die myne schriften bekladden, dat ze vervult zyn met beuzelingen en oude wyve-praatjes. Ik bekennie voor de gemeene man ongelooffelyk te zyn, dat 'er goud, zilver, of eenig metaal uit de planten kan wassen, maar geenzints voor de neerstige onderzoekers, en die in de Historie gelezen hebben van 't goud dat in de Hungarische wynstokken wast, en van menschen die goude tanden van natuure gewassen in haar mond gehad hebben: veel min voor ons, die hier in India dagelyks van de Inlanders horen, dat 'er niet alleen metaal met onweer van den hemel valt, maar ook in de ligbamen van de menschen en beesten gevonden werd.

De schorffe van de wortel gekneust en t'zamen gedraagt, geeft goede londt, die 't vuur lang houdt, dog men moet ze wel een duym dik dragen, maar 't hout van de stammen en takken is zeer bequaam om een langzaam vuur te houden, gelyk een turf doet, 't vlamd mede ligt als 't wind-droog is, maar op een bedompte of vochtige plaats leggende, verrot zeer ligt, en brand niet. Uit de binnenste bast des stams, maken de Wilden op *Gelolo* en *Ceram* baare *Tsjedakos* of brede gordels, die ze om 't naakte lyf binden; zo kan men ook uit dezelfde bast in water geweekt, en zagtjes uytgerekt, een geel-achtig papier maken, gelyk de Javanen gebruyken, 't welk zy *Chartas Sultan*, dat is *Keyzers-papier* noemen. De lange draden die in de dikte van lootlynen van des booms takken afhangen, doch weinig in 't getal, zyn bequaam tot bindwerk te gebruyken, zomtyds vind men deze touwen een duym dik, en meer, met zeldsame bogten en slaggen door malkanderen gevlochten, die de Indiaanische *Wortelmannen* neerstig bewaren, en voor een groot geheim houden, om de mannelyke kragten te vermeerderen, te zamen met de wortel van den *Rubus integrifolius* *Kurukeku* genaamt in stukjes gesneden, en gegeten; diergelyke komsjes de Indianen in groote eere, en voor geoorloft houden, als die na 's lands manier veele vrouwen moeten voeden.

Amaëka is misschien ook een west-Indische *Waringe*, in Guiana en de *Carybische* Eylanden wassende, wiens hoofdstam met veele regte takken als pilaren omgeven is, die uit de hoofd-takken na de gront afgedaalt, en in de aarde gewortelt staan, daarom met de *Arbore de Raiz* of *Indische Waringe* beter overeenkomende, by draagt anders mede vruchten als kleyne *Vygen*.

Indien onze breedbladige *Varinga* een en dezelfde is met de *Attyalu* in *Hort. Malab. part. 1. Fig. 25.* beschreven, gelyk ik gisse van ja, zo heeft by een kragt de lever te verkoelen, de woedende gal te stutten, en de scheuren aan de lippen en handen te genezen; doch dewyl zulx in deze landen onbekent is, zo wys ik den Lezer na genoemde *Autheur*: waar by nog te merken staat, dat den *Commentator* op 't zelfde *Kapittel*, alle de *Varingas* noemt *Ficus Malabaricas*, 't welk geen verzwering moet maken, om dat de bedendaagsche, inzonderheid de *Portugeze* *Schryvers*, de *Musa* of *Pisang* met diergelyke namen be-tekenen. Zo is 't ook een abuys dat de *Alu* of *Waringe* aan de Malabaarze landen eygen zouden zyn, daar ze door gansch Oost-Indiën bekend zyn.

In Rumphii Auctuario hæc adduntur.

Arbor *Enfada*, seu uti alii scribunt, *Enfanda* a *Dapero* in *Loanda* pag. 244. descripta, atque ibi *Ficus Indica* dicta, juxta ejus descriptionem folia gerit illis Mali *Cotonei* similia, fructusque pollicis articulum longos, nulla alia videtur esse arbor nisi *Varinga* nostra *latifolia*, excepto quod *Loandosensis* arbor multo major sit, quum millia hominum, immo plures sub ejus umbra latere possint. Peculiare est in *Dapero* *Madagascara* pag. 32. nomen indigenum *Varingæ Nounouk*, & fructus *Voa Nounouk* cum *Amboinensi* ita convenire, uti plura nomina istius insulæ cum *Amboinensibus* quadrant.

Tabula Octogesima Quarta

Ramum exhibet *Varingæ latifolia*.

Ubi Litt. A. fructum juxta magnitudine repræsentat.

OBSERVATIO.

Hæc est *Ficus* arbor *Americana*, *Arbuti* foliis non ferratis, fructu *Pisi* magnitudine, funiculis e ramis ad terram demissis prolifera, *Plukn. Almag. p. 144. & Phytogr. Tab. 178. Fig. 4.* quæ ex ejus sententia forte est *Ficus arborens* *Africana*, *Arbuti* foliis non ferratis *Hort. Beaum. & KATOU ALU Hort. Mal. p. 10. Tab. 57.* ut & forte *Alhu ZANON. p. 19. &c.*

Hic pertinet quoque *Ficus Indica* maxima, folio oblongo, funiculis e summis ramis demissis, radices agentibus, se propagans, fructu minore sphaerico sanguineo *Sloan. Cat. pl. Jam. pag. 289. & Hist. p. 140. Tab. 223* ubi fructus ex foliorum alis solitarius depingitur, unde alia ejus species videtur, ac forte pertinet nostra ad illam pag. 138. in *Hist. Jamaic.* propositam. Vide porro *Ray Hist. tom. 3. dendr. p. 15. & 16.*

Varinga latifolia a *Valent.* in *Amboinæ* descript. pag. 223. etiam describitur.

CAPUT SECUNDUM.

Varinga repens. Waringin Malatta.

PRæcedentis *Latifolia* altera species est, quæ, quantum scio, nunquam in arborem excrescit, sed quæ flagellis suis longis aliis sese immiscet arboribus, vel aliis incumbit herbis, cujus rami seu flagella digitum circiter crassa sunt, atque his folia infident solitaria, tres, quatuor, ac raro quinque pollices longa, binos vero lata, in inferiore parte subrotunda, quorum quædam sunt angustiora, multo crassiora, firmiora, & rugosiora quam præcedentis, in brevem durumque apicem desinentia, cæterum ejusdem formæ, atque lactescentia, ramuli autem extremi in cornicula desinunt breviora quam prioris.

Fructus bini ac terni simul dependent ex ramulis magnitudine *Ceraforum* nigrorum, primis *Ficorum* rudimentis similes, sed superius plani & umbilicati, primo lutei, dein intense rubri ac fere fusci, nullis apicibus notati: Si penitus sint maturi, plerumque solitarii dependent ex ramis, & ad tactum molles sunt, intus autem repleti sunt granulis, nullam exhibentes cavitatem, saporis fatui dulcis, edules tamen quodammodo sunt, & proxime ad *Ficorum* saporem accedunt, sed sunt parum aciduli, paucumque spissum ac flavescens lac emittunt.

Cunctas hæc arbores adscendit ac præsertim *Lingoes*, sed ipsis non firmiter adhæret, at longis suis flagellis ex ipsarum ramis dependet; ubi vero humiles arborum ramos attingere nequit, per terram prorepit, licet ortum ex truncis quarundam arborum ducat, ut id in densis & magnis observatur silvis, unde & arbores ipsas non strangulat.

Nomen.

Dit heeft Rumphius in zyn vermeerdering daar by gedaan.

Den boom *Enfada*, of, gelyk andere schryven, *Enfanda*, beschreeven by *Dapper* in de *Loanda* pag. 244. en aldaar *Indiaansche Vyge-boom* genaamt, volgens zyn beschryving met bladeren als den *Quepeer-boom*, en vruchten als een lid van een duym, schynt anders niet te zyn als onze grootbladige *Varinge*, behalven dat den *Loandozen boom* veel grooter moet zyn, om dat 'er duyzent en meer menschen onder konnen schuylen; bet is aanmerkelyk, dat in *Dapper* zyn *Madagascar* pag. 32. den *Inlandzen naam* van deese *Varinga-boom* *Nounouk*, en de vrucht *Voa Nounouk*, met de *Amboinsche* zo overeenkomt, gelyk met meer naamen op het zelve *Eyland* geschiedt, die met de *Amboinsche* naamen gemeenschap hebben.

De vier- en tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de breedbladige *Varinge-Boom*.

Alwaar Lett. A. deszelfs vrucht in zyn natuurlyke gedaante aanwyft.

AANMERKING.

Dit is de *Americaansche Vyge-Boom* met het blad van de *Arbutus*, dog niet gezaagt, en een vrucht in de grootte van een boon, met touwtjes uyt de takken, in de aarde zig vastmakende en voorttelende van *Plukn.* in zyn *Almag. p. 144* en in de *Phytogr. Tab. 178. Fig. 4.* welke volgens zyn gevoelen mogelyk is de *Africaansche Vyge-Boom*, met het blad van de *Arbutus*, dog niet gezaagt, van de *Hortus Beaum.* en de *Katoe Alu* van de *Hortus Malab* tiende deel *Tab. 57.* en mogelyk de *Alhu* van *Zanonius* pag. 19. &c.

Hier toe behoort mede de zeer groote *Oost-Indische Vyge-boom*, met een langwerpig blad, en zig vermeerderende door touwtjes, uyt de opperste takken in de aarde neerschietende, met een kleyne ronde bloedrode vrucht, van *Sloan.* in zyn *Catal. pl. Jam. p. 189.* en in de *Hist. p. 140. Tab. 223.* dog alwaar een enkele vrucht uyt den oorspronk der bladeren enkelt is afgeschetst, zo dat dit mogelyk een andere soort is, en, onze mogelyk behoort tot die geene die in zyn *Hist. op pag. 138* voorkomt. Ziet verders *Ray* in zyn *Hist. derde deel* van de *Dendrologie* op pag. 15 en 16.

De grootbladige *Waringin-boom* wert van *Valent.* in de beschryving van *Ambon* op pag. 223. meede beschreven.

II. HOOFDSTUK.

De kruypende *Waringe-Boom*.

DE voorgaande breedbladige heeft een tweede zoorte, die (myns wetens) nooyt een boom werd, maar met baare lange takken door andere bomen zig heen slingert, of op de lage rust, zynde de takken of lange ranken omtrent een vinger dik. De bladeren staan enkeld, drie, vier, en zelden vyf duymen lang, twee dito's breed, agter rond toegebild, zommige wat smalter, veel dikker, styver, en ruiger dan de voorgaande, met een korte en harde spits, anderzints van 't zelfde maakzel, ook melkachtig. De wytterste ryskens hebben korter boortjes dan 't voorgaande.

De vruchten hangen twee a drie by malkanderen aan de takjes, in de grootte van krikjes, de eerste knoppen van *Vygen* gelyk, doch voor wat plat, en met een kuyltje, eerst geel, daar na hoog-rood, en bykans bruyn, zonder puntjes. Als zy geheel ryp zyn, bangeren ze vol kleyne greyntjes, en in de midden schier zonder bolligheid, van smaak laf-zoet, dog eenigzints bequaam om te eeten, de vygen na by komende, met een kleyne rynsheid, weinige dikke en geelachtige melk uitgevende.

't Klimt alderbande bomen op, inzonderheid de *Lingobomen*, dog hegt zig daar niet vast aan, maar hangt met lange ranken van de takken af; daar 't geen laaggetakte boom kan bereyken, moet het langs de aarde kruipen, hoewel 't zyn oorspronk uyt de stammen eeniger boomen heeft, gelyk men in de digte en groote bosschagien vind: weshalven 't ook onschuldigh blyft aan 't verwoegen der boomen.

Naam.







Nomen. Latine *Varinga repens*. Malaice *Waringin Malatta*, h. e. *Varinga repens*, licet enim arbores confcendat, non tamen ipsis sese nectit: Balaice *Sappa Lalawa*, h. e. *Vespertilionum pabulum*, quum hi ipsius fructus maxime expetant, atque ubi ipsorum nucleos projiciunt, hi progerminant, novosque producunt frutices.

Locus. In Amboina crescit tam in levibus silvis & collibus, tam ex aliis dependens arboribus, quam in altis silvis per terram prorepens; invenitur quoque in Baleya.

Ufus. Hominibus non magno hic frutex usui est, sed plurimum ejus fructus sunt avium cibi, praefertim vespertilionum, nihilominus tamen ipsius fructus maturi sunt dulces & edules, magis autem delectationi quam pabulo hominum inserviunt.

Decembri & Januario maturi observantur fructus ex frugiferis ramis dependentes, qui folia saepe habent non subrotunda, sed oblonga & angustata, ita ut varietas prioris videretur esse.

Supa *Varinga* quoque est folium gerens priori secundae varietati simile, oblongius nempe, rugosum, & in durum apicem desinens, fructus ejusdem sunt formae cum priore, sed non ita edules sunt, crassissima autem est arbor ex plurimis flagellis ac ramis composita, comamque gerit amplam & regularem. Ejus radices sunt copiosae, & nudae plerumque supra terram elewantur, attamen firmiter ipsi inhærent. Maturi ejus fructus potissimum rubent, parumque fuscii sunt; quum vero tantam cum priore habeat similitudinem, parvique sit usus, uno in capite hanc simul describere volui.

Nomen. In Amboina potissimum nota est hæc arbor nomine *Supa*. Hitoenses illam vocant *Nuno Mattacau* h. e. *Varinga rubens*, a rubris ejus fructibus.

HÆc arbor *Populi* speciem præ se ferre videtur, breviorē vero, magis irregularem, sed crassiorē gerit truncum, ejus rami sunt longi, teretes, & recti, æquali & succoso cortice obducti, qui facile decorticari potest uti in *Salicibus*, trunci vero rugosus est, fissus, & squalidus, acsi adustus foret, lentus admodum, ficcus, & difficile confringitur, si vero incidatur, nigrescit: Folia hinc inde irregulāri locantur modo longiusculis in petiolis, illis *Populi* quodammodo similia, sed oblongiora. ad oras angulosa, & ample dentata, pallide virentia, paucis & obliquis admodum costis perexta, fere uti in *Siri folio*. Superiora folia maxima sunt, quatuor & quatuor cum dimidio pollices longa, binos lata, inferiora tres cum dimidio longa sunt, rotundiora, minusque dentata, illisque *Populi* similia, ipforum sapor fatue dulcescit, decidua vero & sicca nigrescunt.

Flores racemosi sunt instar illorum *Vitis*, qui primo viridia & oblonga sunt capitula, quisque vero minorem *Jasmini* refert florem, seu hujus regionis *Pulassari*, viridi constans collo, cujus superior pars in quatuor vel quinque aperitur petala alba & angusta, retrorsum inflexa. In centro totidem locantur stamina, in interna autem parte petala pilosa sunt, ipforum odor dulcis est, sed debilis, ac plerumque inutiliter decidunt. Floris pars inferior sensim crassescit, baccamque format, quæ diu ficcum sustinet florem: Hæc bacca sensim in rotundam excrescit formam instar minoris *Cerasi nigri*, estque albicans vel rubens instar æris citrini seu instar margaritæ, quæ gummosa quadam rubra aqua obducta est, estque glaberrima & splendens, ad tactum mollis. Pericarpio insident stellato & folioso, ac superius brevem mollemque gerunt apicem. Sub externa tenui pellicula humor reconditur viscosus, in cujus medio longiusculum locatur ossiculum, uti in *Cerasis*, ipsarumque sapor fatuus est & aquosus, cum quadam adstrictione: Sub externo sicco trunci cortice alius succosus & viridis reconditur cortex, ligno incumbens, qui ad interiorem partem albicat, mollis est, attamen lentus in vetustis truncis, circa cor lignum cinereum est seu nigricans.

Anni tempus. Floret Octobri & Novembri: Baccæ vero diu ex arbore dependent vagæ ex racemis, quum plurima florum pars pereat. Lignum ejus est vegetabile, unde & ad hortorum sepes adhibetur, solum amat durum & argillosum, optime autem in planis crevit campis inter *Caricem*, non vero in montibus vel densis silvis.

Nomen. Latine *Arbor Glutinosa*. Malaice *Daun Caudal*, *Caudallan*, & *Sacandal*, a fructuum viscositate, quæ cum Amylo convenit. Ternatice *Totebo* & *Totebo*. Amboinice *Aypacca*. Macassarice *Cammang*, *Baleys Candal* & *Daun Candal*.

Locus. Vulgaris & contempta est arbor, plerumque per totam aquosam Indiam obvia, præsertim in Moluccis, in Amboina potissimum obcurrit in Hitoes ora, in planis campis, circa primarium habitaculum *Hila*,
Tom. III. in

De Amboinsche Lepra *Cascoda* en *Kessi Kessi*, dat is schubbe-ziekten genaamt, kunnenze ook met deze melk genezen, als ze die op 't raauwe schurft stryken, en laten uytsweren. De bladeren in een jong Bamboesje gestoken, daar in wat gesmoort, en gebonden op bloedsweeren en Aposteumen, trekt dezelve op.

De melk op de voeten van watersuchtige menschen gebonden, maakt aldaar gaten, waar uyt de zugtige buimeuren tyfferen, dewelke men met droog plukzel moet open bouden, zo lange men 't noodig agt.

De zes- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de schadelijke Vygeboom *Siri Boppar* genaamt, welke is de *Hondir Alou* van de *Hortus Malab.* derde deel, *Tab. 59.* alwaar nog meer soorten van deeze Vygeboom voorkomen.

XII. HOOFDSTUK.

De kleeverige Boom.

DEzen boom wil een verbeeldinge van de *Populierboom* zyn, hy heeft een korten, ongeschikten, doch dikken stam, de takken zyn lang, rank, en regt, met een effene en sappige schorsse, die zig ook ligt laat afschillen, gelyk aan de *Willigen*, maar aan den stam is zeer rug, gescheurt, en lelyk, als of ze gebrand was, zeer taay, droog, en moeyelyk om aan stukken te trekken, als men daar in kapt, werd ze swart. De bladeren staan bier en daar zonder ordre, op langachtige steelen, die van *Populier* eenigzints gelyk, dog langwerpiger, aan de kanten geboekt, of wyd getand, bleek-groen, met weinige zeer schuinze ribben doortogen, bykans als in 't *Siri-blad*. De voorste bladeren zyn de grootste, 4. en 4½ duymen lang, 2. breed, de agterste zyn 3½ lang, ronder, min getand, en die van *Populier* gelyker, haar smaak is lachachtig-zoet, de afgevallene en verdroogde werden swart.

't Bloeyzel komt aan troffen voort, gelyk dat van de *Wynstokken*, zynde eerst groenachtige en langwerpige knoppen, yder bloem gelykt een kleene *Jasmyne*, of bier te lande die van *Pulassari*, te weten met een groen balsken, en 't bloemken zelfs bestaat uyt 4. a 5. kleene, witte, en smalle blaadjes, die agterwaarts gekrult staan. In de midden ziet men even zo veele draatjes, en aan de binneste zyde zyn de blaadjes wat bayrig, baren reuk is zoet, dog slap, en vallen meest vergeefs af. Het groene balsken begint daar na dik te worden, en formeert een besie, het welke de gedroogde bloeme nog lang boven opdraagt; deze besie wert metter tyd rond, als een kleene *Kriek*, witagtig of licht-rood, gelyk bleek koper, of als een peerl, die met eenig rood gomwater overtrokken is, zeer glad glimmende, en week in 't aantasten. Zy staan op een gesternt en bladig bordje, en boven op hebbenze een korte weeke spits. Onder 't buytenste dunne buydeken, werd een gantsch slymerige vochtigheid begrepen, en in de midden een langachtige steen, gelyk in de *Krieken*. De smaak is lach en waterachtig, met eenige zamentrekking. Onder de buytenste drooge schorsse des stams, leyt een andere vochtige en groene bast, dicht tegen 't hout, dewelke na binnen wit is, week, en niet te min taay aan de geheel oude stammen, omtrent 't bert asch-graauw of swartachtig.

Sayzoen. Het bloeyd in October of November, de besien ziet men lang aan den boom bangen, staande ydel aan de troffen, dewyl 't meeste deel der bloemen bederft. Het is een groeyzaam hout, dies men het gebruykt tot tbuyn-staken, doch het wil een harde kleyachtige grond hebben, en 't waft liefst op vlakke velden, in 't sny-gras, maar niet in 't gebergte of digte bosschen.

Naam. In 't Latyn *Arbor Glutinosa*. Op Maleys, *Daun Caudal*, *Caudallan*, en *Sacandal*, alles van de kleeverige der vruchten, die styfzel gelyken. Ternaats *Totebo* en *Totebo*. Amboinsch *Aypacca*, *Macassaars* *Cammang*. *Baleys Candal* en *Daun Candal*.

Plaats. Het is een gemeene en verachte boom, meest door geheel water-Indiën, inzonderheid in de Moluccos. In Amboina vind men hem meest op de Kust van Hitoë, in de vlakke velden, rondom de hoofd-residentie *Hila*,
V op

in Leytimora non multum crescit, quum solum ibi sit arenosum.

Usus. Ubi in sufficienti copia ad manus est, sepes hortorum ex ejus ramis plantantur, qui & circa aedes terræ etiam committuntur, quo autem magis ejus rami amputantur, eo densiorem gerit comam instar Salicum. Mensibus Februario & Martio tot fructibus onusta est, ut ejus rami deorsum vergant, si ejus cortex abradatur vel disrumpatur, ingratum ac fortem fundit odorem, at potissimum cortex, nihilominus tamen folia optime sapiunt, & in cibo adhibentur, præsertim in quodam piscium cibo Boboto dicto, quum pisces diversis obvolvuntur foliis, quæ simul coquantur, viscoso succo utuntur incolæ ad levia opera conglutinanda, uti papyrum, floresque in sertum conlecti diebus festivis & in nuptiis, quæ res tamen brevi iterum dissolvuntur.

Folia porro hujus arboris refrigerantem habent virtutem, multumque adhibentur interne ad æstum refranandum tam in febribus quam Cephalalgia vel aliis in morbis, hoc autem refrigerium temperatum est ac simul dolorem sedat, hunc in finem recens foliorum succus cum aqua subactus & expressus propinatur, vel folia aquæ incoquantur, & hoc decoctum quotidie hauritur: Hocce Julapium itidem conducit iis, qui ex crapula cephalalgia laborant. Succus hic etiam valet in variolis, interne enim refrigerat, atque optime variolas expellit. In Æthiopum quodam libello Spodium inveni descriptum, quo nubeculam oculorum detergunt, quod componitur ex cinere foliorum, & exusto Tsjavony, quod tenue est Bengalenium linteum, cum pauxillo Cubearum, & aqua rosarum mixtum, quod oculis instillatur, adnotatum porro erat, hoc quoque optimum esse senibus, quibus oculi obnebulantur. Crassissimus vetustarum arborum cortex quam maxime laudabatur contra Dyfenteriam, si hic cum corticibus semi-maturorum Granati pomorum in aqua ebullitur, & quotidie bibitur. Hunc in finem Ternatenfes utrosque hosce cortices contrunt, quos secum ducunt in longis itineribus marinis, liber seu cortex internus hujus arboris cum Calappi nucleo tostus, addito pauxillo feminis Anisi cum aqua, propinatur ad febrilem æstum refranandum, & extinguendum illum, qui ex calefacientibus potibus contrahitur. Vetusti corticis decoctum sæpius propinatum corpus agile reddit, decoctum vero cinerei cordis, quod circa medullium veterum truncorum reperitur, conducit morbo Rostong dicto, qui Ozæna est, seu nasi tumor, ex quo fauces simul inflammantur.

Decidua integra folia in cinerem comburuntur, qui cum Calappi oleo commiscetur, quo inliniuntur pueri scabie prorepente laborantes, tam in corpore quam in capite, ut exsiccentur, fructus ob omnibus fere avibus eduntur, uti & ab apris, quos venatores investigant eo tempore, quo hujus arboris fructus maturefcunt. Viridis ramorum cortex in ramenta fissus ad ligamen adhibetur, uti apud nos cum Salicum viminibus fit, quique hinc in usu est apud Oryzæ messores ad mergites conligandas, hoc autem post meridiem instituendum est, ante meridiem enim nimis est mucilaginosus. Ejus lignum ad costas minorum navigiorum itidem adhibetur, quum lentum sit, nec findatur; atque in aqua marina durabile.

Baleynses ex levibus hujus arboris segmentis aratrum fabricant, atque vomerem ejus formant loco ferri ex duro Sagueri ligno, quod pauco obducunt ferro. Juga quoque ex hoc fiunt, quæ bubulis inponunt.

Supra indicatum fuit, florendi tempus hic in Amboina esse menses Octobrem & Novembrem, qui menses hisce in terris sunt vernaes, in aliis vero insulis contra mense Martio floret, ac fructus Julio maturefcunt, quum ibi aliud sit anni tempus.

In Rumphii *Adpendice* hæc adnotantur.

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 37. vocatur *Vidimaram*. Portugallice *Fruta d'Entrude*, Belgice *Kleefpruymen*, hocque discrimen observo, quod Malabarenfes fructus sint majores & oblongiores, nec apud istos incolæ in usu, neque ad cibum, neque ad *Atsjar*.

op Leytimor heeft men hem weinig, dewyl 't aldaar zandig is.

Gebruik. Daar men hem in overvloed heeft, maakt men thuyn-staken van zyne takken, en men laat hem ook omtrent de buyzen groeyen, en hoe meer men hem van takken berooft, hoe digter by uytfschiet, op de manier van Willigen. In de maanden February en Maart is by zo vol vruchten, dat de takken nederwaarts gebogen hangen, als men hem schilt of afbreekt, zo geeft by een onaangename en sterken reuk, meest uyt de schorsse, niet te min zyn de bladeren van een goeden smaak, en werden in de kost gegeten, inzonderheid by zekeren visch-kost Boboto genaamt, daar men de visch met verscheide bladeren bewint, en te zamen kookt; den kleverigen slym gebruyken alle Inlanders, om verscheide ligte werken te plakken, als papier, en bloemen aan kranzen op bruyloften, 't welk eger in korten tyd weder afvalt.

Voorts is 't loof van dezen boom van een verkoelende kracht, en werd veel gebruykt tot allerhande inwendige brand, 't zy in koortzen, hoofd-pyn, of anders, doch is deze verkoeling maar matig, en met eenen de pyn stilende, men neemt het zap uyt de versche bladeren, met water gewreven en uytgedrukt in, of men kookt de bladeren in water, en drinkt daar van dagelyks. Dezen koel-drink doet ook goed aan den genen, die verburst, en pyn in 't hoofd heeft van dronkenschap. Het zap is ook goed in de kinderpokken ingedronken, want het verkoeld inwendig, en dryft de pokken te gemakkelyker uyt. In een Moors boekje vond ik een Spodium beschreven, waar mede zy de verdonkerde oogen afvoegen, 't welk gemaakt werd van de afsch dezer bladeren, afsch van gebrande Tsjavony, dat is fyn Bengaals linnen, met een weinig Cubeben en rooze-water gemengt, en in de oogen gedaan, en daar by stond, dat 't veel gebruykt wierd van oude luyden, die 't gezigt van buyten begint te verduyfteren. De dikste schorsse van oude bomen wierd zeer geprezen tegens rode-loop, als men dezelve met de schorsse van half-rype Granaat-appelen in water kookt, en dagelyks drinkt. Tot dien eynde voeren de Ternatanen deze beyde schorsse meest by haar op verre Zee-reyze; de binnenste schorsse met Calappus-pit gebrand, een weinig Anys daar by gedaan, en met water gedronken, verkoeld den brand in de koortzen, en die uyt teete drank ontstaat. Het Decoctum van de oude schorsse dikwils gedronken, maakt het ligbaam fris, maar de Decoctie van 't graauw hout, dat men omtrent het bert van de oude stammen vind, is goed gedronken in de siekte Rostong, 't welk is een Ozæna of neus-gesweer, waar van de keel mede geïnfecteert werd.

De afgevallene gebeele bladeren brand men tot asche, vermengtze met Calappus-oly, en bestrykt daar mede de kinderen, die het vloeyende scburft hebben, zo aan 't lyf, als op 't hoofd, om die op te drogen; de vruchten werden van allerhande Vogels gegeten, als mede van wilde Swynen, daar dan de Wild-schutten op weten te passen, als de tyd is, dat deze bomen dragen; met de groene bast van de takken in riemen getrokken, kan men ook binden, gelyk met die van de Wilgen, gebruykelyk by de rys-Mayers om haar Rys-schoven te binden, doch dit moet na de middag geschieden, want voor de middag is ze te slymerig. Dit hout werd ook tot ribben aan kleene Vaartuygen gebruykt, dewyl het tay is, niet scheurt, en in zeewater durabel.

De Baleyners maken uyt de ligte houten, baare ploegen tot de schare, in plaats van yzer nemenze het harde hout van Saguer-bomen met een weinig yzer beslagen. Zo werden ook de jokken daar van gemaakt, waar mede zy baare Buffels inspannen.

Boven is gezegt, dat zyn bloeytyd hier in Amboina in de maanden October en November is, 't welk hier Lentemaanden zyn, maar op andere Eylanden in tegendeel in de Maand Maart, en de vruchten werden in July ryp, dewyl 't aldaar een andere Mousson maakt.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit'er bygevoegt.

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 37. werd by genaamt *Vidimaram*. Portugeesch *Fruta d'Entrude*. Duytsch *Kleefpruymen*, aldaar alleen met dat onderscheid, dat de Malabaarze grooter en langwerpiger beschreven werden, en by deze Inlanders niet gebruykelyk zyn, nog tot de kost, nog tot *Atsjar*.



Tabula Nonagesima Septima

Ramum exhibet arboris glutinosæ *Daun Candal* dictæ.

OBSERVATIO.

Hæc est Sebesten Offic. *Dal. Pharm.* p. 424. & Sebesten domestica. C. B. P. 446. *Prosp. Alp. de pl. Egypt.* p. 130. Myxon & Sebesten *Dod.* p. 1262. & *Prunus Malabarica* fructu racemoso, calice excepto *Ray Hist. pl.* p. 1563. estque *Cordia* foliis subovatis, serrato-dentatis. *Linn. H. Clifford.* p. 63. ubi reliqua inveniuntur Synonyma & auctores.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Bancudus angustifolia. Bancudu Lakki Lakki.

B*ancudus* duplex est, prima vulgatissima est angustifolia, quæ mas habetur: Altera est latifolia seu femina, forma autem non multum differunt; quum vero diversum præbeant usum, cuique singulare tribuamus caput.

Bancudus angustifolia mediocris est arbor; recto adfurgens, sed gracili trunco, ejus rami sunt lenti, inferius rotundi, superius quadrati, virides, ac quodammodo in ampla divisi genicula, interstitia vero bifidula sunt, foliaque bina sibi sunt ad genicula cruciatim opposita, ita ut bina paria crucem forment, non autem semper certum hunc ordinem observant. Vulgaris sunt formæ, octo novemque pollices longa, binos & tres lata, sensim acuminata, ac Lansii foliis quodammodo similia, superne obscure viridia & glabra, paucis incurvis costis distincta, saporis amaricantis & ingrati.

Ex foliorum alis viridia excresecunt capitula, forma strobulorum Pini, magnitudine Prunorum, quæ ex meris verrucis videntur composita, quævis autem verruca papillam refert, ad basin irregulariter pentagona est, superius vero capitulum albicat, & foraminulo notatum est. In cujusvis apicē longum, angustum, & albicans erigitur petalum, in summo latissimum instar remi, atque etiam simul aliud albicans capitulum, quod sese aperiens flosculum exhibet ex quinque, rarius ex sex albis minoribus petalis constructum, in cujus centro totidem brevia locantur stamina, petala ista oblique & extrorsum flexa posita sunt uti in Papayæ floribus, cum quibus hi flores multum conveniunt, licet multo sint minores. Superiora ista petala remiformia remanent, licet flos adpositus decidat, uti &, antequam flores progerminant, excresecunt, atque capitulum undique squamosum seu radiatum constituunt; hoc vero dein excresecit ex rotundo oblongum, formam referens Nucis Juglandis, quæ a gluma depurata est, estque plerumque viride & durum, sensim vero flavescit, ac squamæ decidunt, colorem servans maturarum Uvarum. Sub quavis autem verruca intus locatum est officulum fuscum uti in Malis Cydoniis, restansque caro aromatica est, saporis austeri & amaricantis.

Arboris lignum albicat seu flavescit circa cor, in inferiore trunci parte rubet, estque satis durum & lentum. Radices interne magis rubent, uti & ipsarum cortex ab interiore parte: Folia, fructus, cortex, omnesque hujus arboris partes recentes abruptæ vel abrasæ peculiarem fundunt odorem non quidem ingratum, sed ad recens fœnum adcedentem. Fructus non edulis est, excepto apud silvestres Ceramenses.

Nomen. Latine *Bancudus angustifolia*. Malaice *Mancudu* & *Bencudu Lakki Lakki*. Ternatice *Comi Comi*, Baleyice *Tiba*. Amboinice *Nenu Kiri* & simpliciter *Nenu*. Macassarice *Beugcudu*. Javanice *Wangcudu*.

Locus. In cunctis crescit silvis, potissimum vero circa loca maritima in Moluccis, & Amboina, in occidentalibus insulis minus nota est.

Tom. III.

Usus.

De zeven- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de kleeverige Boom *Daun Candal* genaamt.

AANMERKING.

Dit is de Sebesten in de Apotheken van *Dale* in zyn *Pharm.* p. 424. en de tamme Sebesten van C. B. in zyn *Pharm.* p. 446. en van *Prosp. Alp. de pl. Egypt.* p. 30. de Myxon en Sebesten van *Dodon.* p. 1262. en de *Malabaarsche Pruyboom*, met vruchten en trosfen, die op een kelk staan van *Ray* in zyn *Hist. pl.* p. 1563. en is de *Cordia* met rondachtige getande of gezaagde bladen van *Linn.* in de *Hortus Clifford.* p. 63. alwaar de overige benamingen en Schryvers aangehaalt werden.

XIII. HOOFDSTUK.

Naauwbladige Bancudie-Boom.

B*ancudus* is tweederley, het eerste 't gemeenste of smalbladige, 't welk men voor het manneken boud. Het tweede is 't breedbladige of wyfken; zy zyn aan gedaante niet veel verschillende, doch dewyl zy een verscheyden gebruyk hebben, zullen wy yder een byzonder Kapittel geven.

Bancudus angustifolia of smalbladige, is een middelmatige boom, met een regten dog niet dikken stam, de takken zyn taay, agter rond, voor vierkant, groen, eenigzints in wyde leden verdeeld, de tusschen-plaatzen hebben aan de twee zyden een voorn, de bladeren staan in knien 2. en 2. tegen malkanderen, en maken met het volgende paar een kruys, doch houden geen precieze order. Zy zyn van gemeen fatzoen, 8. en 9. duymen lang, 2. en 3. breed, allengskens toegespitst, en de Lanze bladeren eenigzints gelyk, boven donker-groen, en glad, met weinige kromme ribben, en onlieffelyk van smaak.

Uyt den schoot der bladeren komen groene bolletjes voort, in de gedaante van Pyn-appels, en de grootte van Pruymen, die van enkele vratten zamengezet zyn, yder vratt gelykt een tepeltje, aan den voet vyfkant, 't bovenste hoofdeken is witachtig, en heeft een kleen gaatje. Op 't hoofdeken draagt ieder een lang, smal, en witachtig blaadje, na voren toe breedst, als een riem, en daar by nog een wit knopje, 't welk hem openende, vertoont een bloempje, van 5. of zelden 6. witte kleene blaadjes gemaakt, nevens zo veel korte draadjes in de midden, de blaadjes staan ook wat scheef, en uytwaarts gekromt, gelyk aan de Papaye-bloempjes, met dewelke deze zeer overeenkomen, hoewel ze veel kleender zyn. De voorste blaadjes of riempjes blyven staan, al is 't nevenstaande bloempje afgevallen, gelyk ze ook voor de bloempjes uytkomen, en het bolletje rondom geschubt of gestraalt maken, 't zelve word daar na groot, uyt den ronden langwerpig, in de grootte van een Okker-nood, die van de bolster berooft is, blyft meest groen en hard, ten laasten word het geelachtig, en de schubben vallen af, behoudende de couleur van rype druiven. Binnen onder yder vratt leyd een harde bruyne steen, als in de Quee-appels, en 't resterende vleesch is kruidachtig, van smaak wrang, en wat bitter.

Het hout is witachtig of bleek-geel omtrent het hart, in den onderste stam trekt het na den roden, matig hard en taay. De wortelen van binnen zyn nog roder, gelyk ook haar schorsje aan de binne-zyde; bladeren, vruchten, schorsje, en wat men van dezen boom versch afbreekt, of wryft, heeft een byzonderen reuk, juist niet moeyelyk, echter na versch booy trekkende. De vrucht is niet eetbaar, behalven by de Wilden op Ceram.

Naam. In 't Latyn *Bancudus angustifolia*. Op Maleys *Mancudu* en *Bencudu Lakki Lakki*. Ternaats *Comi Comi*. Baleyts *Tiba*. Amboinsch *Nenu Keri*, en slechts *Nenu*. Macassaars *Beugcudu*. Javaans *Wangcudu*.

Plaats. Het wast in allerhande bosschen, doch lieft omtrent de Zeekant, in de Moluccos en Amboina; in de Westersche Eylanden is het minst bekend.

V 2

Gebruik.

Ufus. Plurimum usum præbent hujus arboris radices, quæ multum adhibentur ad lintea & fila rubro tingenda colore, tam solæ quam cum ligno Sappan mixtæ. Moluccani crassarum radicum cortices fumunt cum tertia parte corticis & foliorum arboris *Lebæ*, ac parum aluminis, in qua mixtura lintea macerant, quæ pallidam exhibet rubedinem, ad Minium adcedentem, nihilominus tamen persistentem & perpetuam, quos colores Amboinenses præferunt vivacibus. Malaienses & Javani meliorem habent methodum, qui has radices cum ligno Sappan vel alio quovis rubro tinctorio ligno commiscunt, hæc enim *Bancudus* cunctis rubris coloribus firmitatem & intense rubrum coloris gradum conciliat, qui inde instar Rubiæ rubent, folia quoque ad Cassombæ colorem adhibentur, ut constans sit. Si minus color vel igneus desideretur, cortex inferioris trunci eligitur cum cortice & foliis *Lebæ*, excoquiturque sine Sappan ligno, sine hoc enim nunquam acquiritur Rubiæ color.

Recentes fructus quidam pueris exhibent comedendos ad abdominis vermes expellendos. Si radices in aqua marina nudè fluctuant, incarnatum plerumque adquirunt colorem: Hujus maris folia aliquando magnitudine diversâ sunt a vulgari forma, ita ut mediocria subsequenteris feminæ referant. Mercatores hæc sæpe radices in fasciculos collectas magna copia ex Amboina in Javam deferunt ad rubrum colorem tingendum, quum ibi non ita sint præstantes, nec ita copiosæ. Ternatenses hanc habent congenerem *Bancalo* & *Mamelo*, ac proinde uno indignant nomine.

Tabula Nonagesima Octava

Ramum exhibet *Bancudi angustifoliae*.

Gebruik. Het meeste gebruik van dezen boom bestaat in de wortelen, die veel gebruikt worden tot rood-verwen van linnen en garen, zo alleen als met Sappan-bout gemengt. De Moluccanen nemen de schorsse van de dikke wortelen gekookt, met een derdedeel schorsse en bladeren van den boom *Leha*, en een weinig *Aluin*, daar in zy dan 't linne weken, 't geeft een bestorven rodigheid, een weinig na de *Menie* trekkende, niet te min vast en bestendig, van welke coleuren de Amboinezen meer houden, dan van de levende. De Maleyers en Javanen doen beter, die deze wortelen met Sappan-bout of ander rood-verwend-bout vermengen, want dit *Bancudu* aan alle rode coleuren de vastigheid, en bogen graad van rodigheid geeft, dewelke daar door *Crab-rood* werd, de bladeren werden ook onder 't *Cassomba*-verwen gebruikt, om dezelve vastigheid te geven. Als men *Menie* of vuur-rood wil verwen, zo neemt men de schorsse en bladeren van *Leha*, en kookt het zonder Sappan-bout, want zonder dit werd de couleur nooit *Crab-rood*.

De versche vruchten geven zommige de kinderen te eeten, om de wormen des buiks af te jagen. Als deze wortelen bloot in Zee-water dryven, zo werdenze doorgaans incarnaat-rood. De bladeren van dit *Manneken* verschillen zomtyds in grootte van de gemeene gedaante, zo datze de middelbare bladeren van 't volgende *Wyfken* gelyk worden. De *Kiopluiden* voeren zomtyds deze wortelen met veele bossen uit Amboina na Java, om tot rood-verwen te gebruiken, dewyl 't aldaar zo goed, en veel niet valt. De Ternatansen rekenen 't voor een mede-zoorte van *Bancal* en *Mamelen*, en geven 't derhalven eenderley naam.

De acht- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de naauwbladige *Bancudie*-Boom.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Bancudus latifolia. *Bancudu daun* Bezaar.

Hæc arbor non ita alta ac recta est ac præcedens, sed crassior, magisque sinuosa, obscuro cortice obducta. Ejus folia multo sunt majora, plerumque spithamam longa, binas palmas lata, quædam binas spithamas longa sunt, ac fere unam lata, quædam vero minora, sunt enim diversæ magnitudinis, bina sibi sunt obposita & cruciata, brevissimis & curtis insidentia petiolis, firmis in ramis intus concavis, seu aquosa medulla repletis. Hiramipeculiarem crescendi habent modum, sensim enim ad superiorem partem quadrangulam adquirunt formam, ac virefcunt, in summo flaccidi & herbacei, in ampla divisi genicula.

Ex quavis ala inferiorum foliorum alter excrescit ramulus, quorum quatuor simul crucem formant, sunt autem multo tenuiores, nihilominus tamen firmi, inferius rotundi, in superioribus geniculis quadrati.

Latus autem majorum ramorum lateralibus ramulis obpositum per longitudinem fulcatum est, acsi ramuli isti in hoc fuissent obclusi, latera vero bina externa plana sunt seu ventricosa, in subsequenti autem geniculo econtra eadem latera fulcata sunt, horumque folia multo sunt latiora & rotundiora, quam præcedentis, oris æqualibus, flaccida, glabra, & fere splendens, intense seu obscure viridia, quinque ac sex costarum obliquarum & sinuosarum paribus per-texta, quæ flaccidum folium in superiore ejus parte inæquale reddunt, extremum ramulorum herbaceorum terminatur in capsulam, in lateralibus vero ramulis fructus conspicitur: Foliorum odor gravior magisque molestus est præcedentibus, ad Sambuci odorem adcedens, qualem & recens gerit decorticatus cortex.

Fructus solitarii dependent, semper folio directe obpositi, acsi locum decidui folii subplerent, magnitudine & forma vulgaris ovi, istis quoque verruculis ac papillis donati, uti in præcedente, inferius sunt crassissimi, viridis coloris, & duriusculi, hi vero squamosis istis petalis destituuntur, quæ in mare observantur,

XIV. HOOFDSTUK.

De breedbladige *Bancudie*-Boom.

Dezen boom werd zo hoog en regt niet, als de voorgaande, maar dikker, en meest bogtig, met een donkere schorsse. De bladeren zyn veel grooter, in 't gemeen een span lang, twee handen breed; zommige zyn twee spannen lank, en bykans een breed, zommige daar en tegen kleender, want zy zyn zeer ongelyk van grootte, zy staan twee en twee tegen malkanderen, en regt in 't kruis, op zeer korte en dikke stelen, aan styve takken, die van binnen hol zyn, of met een waterachtigert uitgevuld. Deze takken hebben een byzondere manier van wasschen, want zy worden allenxkens na voren toe vierkant en groen, tegen 't einde slap en kruidachtig, in wyde leden verdeeld.


Uit yder schoot van de agterste bladeren groeit een ander takken, die dan met haar vieren ook een kruis maken, maar zyn veel dunner, niet te min styf, agter rond, en aan de voorste leden mede vierkant.

De zyde nu aan de hoofdtakken tegen over de zyde-takjes heeft een geut lanks benen, als of deze takjes daar ingeleggen hadden, maar de twee buitenste zyden zyn plat, of wat buikig, en aan 't volgende lid ter contrarie zyn dezelfde zyden gevoort; de bladeren zyn dan veel breder en ronder, dan 't voorgaande, met effene kanten, slap, glad, en bykans glimmende, boog of swart-groen, met 5. en 6. paar schuynze en bogtige ribben doorregen, die 't slappe blad aan de bovenzide wat beuvelachtig maken, 't uytterste der kruidachtige takken eyndigen in een doosken, maar aan de zyde-takjes is een vrucht; de reuk der bladeren is swaarder dan aan 't voorgaande, en naar de *Vlier* trekkende, als ook de versche afgetrokkene schorsse.

De vruchten hangen enkeld, en altyd tegen over een blad, als ofze de plaats van 't afgevallene vervulde, in de grootte en gedaante van een middelbaar *Ey*, ook van diergelyke wratten of tepeltjes gemaakt, als 't eerste, agter 't dikst, gras-groen en hardachtig. Deze hebben die schubachtige blaadjes niet, die men aan 't manneken ziet, evenwel







tur, cuius autem papillæ flosculus inponitur longo collo donatus, ex quinque, rarius ex sex, albis petalis constans extroffum flexis; maturi fructus mollescent quodammodo, coloremque adquirunt uvarum maturarum, intusque similia gerunt granula, qualia mas habet, sed majora, huiusque caro succosior est. Sapor melior est, ac quodammodo edulis incolis, nequitiam vero nostræ nationi, quum amaricet, ac maturi huius fructus facile putrescent, si in terram decidunt, foetidumque adquirunt odorem instar stercoris; Lignum magis albicat & mollius est quam maris, ac paucam vel fere nullam habet rubedinem.

Nomen. Latine *Bancudus latifolia*. Malaice *Bancudu daun Bezaar*. In Banda vocatur *Meucudu*. Reliqua nomina sunt uti prioris, cum adjectione latifoliae seu feminæ. Macassarice *Baya* dicitur.

Locus. Hæc arbor non ita copiose crescit in silvis quam præcedens, sed potius circa pagos & agros cultos, in hortis etiam & circa ædes plantatur ob vulgarem ejus usum in re Medica.

Ufus. Hujus arboris folia potissimum sunt in usu, sed ejus radices ad tinctoriam artem non valent. Maxima & latissima ejus eliguntur folia, cumque Calappi oleo obliniuntur, quæ ad ignem calefac, ac circa totum abdomen & lumbos colliga, ad ventos cruditatemque abdominis expellendam, contra dolorem Colicum, illumque, qui post partum mulieres excruciat, vulgatissimum est remedium apud incolas talibus in morbis. In doloribus quoque, qui a tenesmo & Dysenteria caussantur, calefacta hæc folia bis de die dorso & lumbis sunt applicanda, unde dolores mitigantur.

In dysuria, quæ quibusdam in annis morbus hic est Endemius, ita ut acris, calcea, & pituitosa ejiciatur urina, unde meatus urinarius excoiatur, quotidie huius arboris fructus in aqua conteritur, ejusque succus per linteum cribratur, ejus cyathus propinatur, addita prius pauca calcis albæ quantitate; idem quoque fructus cum aceto contritus & propinatus consumit & restaurat lienem induratum, morbumque Theatu dictum, alii hunc in finem maturos edunt fructus, qui incolis sapiunt, nostro vero populo ingrati sunt.

Macassarensium *Baya* Amboinensi omnino similis est, excepto quod ejus fructus magnitudinem gerat Limonis nigri, multum crudus editur instar Lactucæ contra lienem induratum, vulgarem angustifoliam vocant quoque *Cancudu*, uti & Baleynenses & Javani: *Bancudi* folium cum illo *Caju Boaraus* confissum, coctum, & propinatum Colicam curat, huius feminæ cortex radicem adhibetur ad filum rubro colore tingendum, si coquatur cum cortice arboris *Leba*, cum foliis *Prunella* seu *Ay Leaba*, tinctura autem extrahitur ex cineribus, uti in pigmento *Cassumba*.

Bontius libr. 8. cap. 7. illam Javanice vocat *Maccondou*, quod sine dubio corruptum est nomen *Maucudu*, ubi dicit Javanos illam adhibere contra dysenteriam & Choleram. Item contra vitia pectoris, Phthisim, laterisque dolores, si ejus fructus sub cineribus tostus edatur. Ipse hunc comprobavit contra Hæmoptoem, ejusque folia ulceribus & vulneribus imposita cutim generant & cicatrificant. Sal per artem Chemicam ex foliis extractus depurat & curat omnes malignas ulcerationes, ad quas in nosocomio Batavico multum adhibentur, ibique vocatur *Arbor Consolida Indica*.

Tabula Nonagesima Nona

Ramum exhibet *Bancudi latifolia*

Ubi Litt. A. ejus fructum separatim representat cum floribus ac papillis enatis.

OBSERVATIO.

Hæc est Cada-Pilava H. Mal. Tom. 1. Tab. 52. ubi pag. 98. vide notas: Estque Arbor Indica fructu aggregato conoide Cada Pilava dicta Ray bist. pl. p. 1442. quæ est Arbor Conifera *Macandou* Javanensium *Bont.* pag. 97.

CAPUT

wel op yder tepeltje staat een bloempje met een lang balse, van 5. en zelden 6. witte blaadjes, die uytwaarts gebogen zyn; de rype worden wat week, en bekomen de couleur van rype druiven, van binnen bebbenze diergelyke korl, als 't manneken, dog groter, en 't vleesch is zappiger. De smaak is verdragelyker, en eenigzints bequaam tot eeten van de Inlanders, maar voor onze Natie geensints, want by is nog al bitter, ook rotten deze rype vruchten ligt, als ze op de aarde vallen, en krygen een wuylen reuk, als stront, 't hout is witter en weeker als aan 't manneken; daar men niets of weinig rood aan ziet.

Naam. In 't Latyn *Bancudus latifolia*. In 't Maleys *Bancudu daun Bezaar*. In Banda *Mencudu*. De andere namen zyn als boven, met byvoeging van grootbladige, of 't wyfken. Op Macassaars *Baya*.

Plaats. Dit waft zo wel niet in de bosschen, als 't voorigen, maar lieft omtrent de Negoryen, en bebouwdelande, zelfs word het in de boven, en omtrent de buyzen geplant, wegens zyn gemeen gebruyk in de Medicyne.

Gebruik. De bladeren van dezen boom zyn meest in gebruik, maar de wortelen tot het verwen ondienstig. Men neemt de grootste en breedste bladeren van dezen boom, smeertze met wat Calappus-oly, warmtze over 't vuur, en bindze over den gebelen buyk en lendenen, om te verdryven allerley winden en rauwigheid in 't lyf, de pyne in de Colyk, en de weën, die de vrouwen na de geboorte bebouden, zynde dit alleen 't aldergemeenste middel in diergelyke ziekte by den Inlander. Insgelyks in de pyne, die men in de persing en Rodeloop gevoelt, zal men deze warm gemaakte bladeren tweemaal 's daags op de rug en de lendenen binden, om de pyne te verzachten.

In Dysuria, 't welk in sommige jaren een gemene plaag is, dat men een scherp, kalkagtig, en slymerig water maakt, 't welk de passagie en monden rauw maakt, en verzweert, zal men nemendagelyks een van deze vruchten, wryvende die met water, druypen 't zap door een doek, en drinken van 't zelve een roemertje vol, eerst een weinig witte kalk daar by doende, dezelfde vrucht met Azyn gewreven, en gedronken, verteert en geneest de geswolle Mild, en den koek Theatu genaamt, andere eeten de rype vruchten tot dien einde uit de vuist, dat den Inlander met smaak, maar onze Natie niet ligt doen kan.

Het Macassaars *Baya* is 't Amboinse gantsch gelyk, behalven dat de vrucht zo groot is als een zwarte Lemoen, die werd veel rauw gegeten, als Salade, tegens de mildzucht, 't gemeen kleenbladige noemen zy ook *Bancudu*, gelyk mede de Baliers en Javani: *Bancudus*-blad, en *Caju Boaraus*-blad gesneden, gekookt, en gedronken, geneest 't Colyk, de schorste der wortelen van dit Wyfken, werd ook gebruikt tot 't rood verwen van gaarn, als menze kookt, met de schorste van Leha-boom, met de bladeren van *Prunella*, of *Ay Loaha*, en de loog moet gemaakt zyn van asch, gelyk in 't *Cassumba* verwen gesbiet.

Bontius lib. 6. cap. 7. noemt hem in 't Javaans *Maccondou*, 't welk buiten twyffel bedorven is van *Maucudu*, alwaar hy zegt, dat het de Javani gebruiken tegen de Rodeloop, en het Bord. Als mede tegens gebreken van de borst, Teeringen, en Zyde-steeken, als men de vrucht onder de asch gebraden eet. Hy zelfs heeftze goed bevonden tegens 't Bloedspouwen, en de bladeren op wonden en ulceratien gebonden, doen het volwassen, en cicatriferen. Het zout door de Chymische konst uit de bladeren gebaald, zuivert en geneest alle quadaardige ulceratien, daar toe byze in 't Batavische Ziekenhuys veel gebruikt heeft, en noemtze in 't Latyn *Consolidam arborem Indicam*.

De negen-en-negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de breedbladige *Bancudie*-Boom.

Alwaar Litt. A. deszelfs vrucht met de bloemen daar op afzonderlyk verbeeldt.

AANMERKING.

Dit is de Cada-Pilava van de *Hortus Malab.* Tom. 1. Tab. 52. alwaar op pag. 98. verders ziet de aantekeningen, en is de Oost-Indische-Boom met een byeen vergaderde kegelvormige vrucht Cada Pilava genaamt van Ray in zyn bist. pl. p. 1442. en de boom met kegelvormige vruchten *Macandou* by de Javani genamt van *Bontius* pag. 97.

V 3

XV.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

XV. HOOFDSTUK.

*Arbor Aluminosa. Leba.**De Aluyn-Boom.*

Hæc est pusilla arbor, crus plerumque crassa, raro viri crassitiem habet. Ejus truncus non vere rotundus est, sed angulosus, instar Gajani; corticem gerit tenuem, externe glabrum, interne album, ficcum, & fragilem, ita ut vetustus cortex integer ab arbore separari nequeat. Rami sunt duri & firmi, folia irregularia sunt, Lansii foliis quodammodo similia, sed minora, magisque cum Cerasinis vetustis convenientia, ab utraque parte acuminata, non crassa, attamen firma, glabra, & late virentia, sex pollices longa, binos lata digitos, ad oras maxime & tenuiter ferrata, non autem acute, subtilibus & incurvis costis donata, saporis primo dulcescentis, dein ingrati. Ex foliorum alis brevis progerminat petiolus, qui in quatuor vel quinque alios minores subdividitur, quibus acuta & viridia insident capitula, magnitudine seminis Sinapios, quæ sese in flosculos aperiunt minimos, in sex apices divisos, nunquam in totum apertos, sed semi-clausos, in hisce stamina quædam conspiciuntur parva, antheras luteas gerentia. Fructus itidem sunt pusilli instar Pisi, sed plani & apice incurvo ornati, instar tenerorum Mangæ fructuum. Intus officulum reconditur fuscum & nigricans, superius planum, inferius angustum, granulosum quasi.

Arboris lignum est pallidum, album, durum, & lentum instar Cofassi; floret autem pluviosis mensibus.

Nomen. Latine *Arbor aluminosa*. Amboinice *Leba*.

Locus. Raro hæc occurrit arbuscula, immo vix in Amboina, & tantum hinc inde in locis apertis ac montibus. In occidentalibus insulis penitus ignota est.

Ufus. Amboinenses hujus arboris foliis ac cortice utuntur loco aluminis ad rubrum colorem tingendum, quod peragitur supra memoratis radicibus *Bancudu* & *ligno Sappan*, cunctis enim pigmentis constantiam addit, uti in ora Cormandelensi hunc in finem adhibetur herbula *Say*, præsertim si supra memorato *Caju Nenu* utantur, tum hujus arboris folia ac cortex summi sunt usus, quorum defectu pigmentum nimis pallide rubens esset. Idem quoque cortex & folia exficari possunt, inque usum adservari, atque in alias mitti regiones ad tingendum.

Tabula Centesima

Ramum exhibet *Arboris aluminosa*.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Ganitrus. Ganitri.

Ganitrus inter altissimas silvestrium arborum numerari meretur, estque proportionaliter crassa, sed non amplam gerit comam, quum ejus rami majores plerumque in altum erigantur, qui in longos gracilesque dividuntur ramulos flagellosos, quibus folia insident solitaria, aliquando autem per ordines obposita, quædam vero irregularia, Cerasinis foliis similia, seu illis præcedentis *Leba*, sed longiora, sex septemque pollices longa, binos lata, ad oras obscure ac tenuiter ferrata sunt, suntque porro glabra, tenuibus pertexta venis, brevibusque insidentia petiolis, in inferiore parte angustata; decidua vero rubent instar cancri cocti, immo multa in ipsa rubent arbore eo tempore, quo fructus maturefcunt, quo colore hæc arbor e longinquo dignosci potest, eoque magis, quum coma sua supra alias emineat arbores.

Flores post folia progermant, qui breviores sunt, & adunati in ramulorum summo conjunguntur, racemi autem floriferi simplices sunt petioli, tres, quatuor, ac quinque post folia in ramulis progermant, uti in *Ribesiis*.

Quis-

Dit is een kleene boom, meest in de dikte van een dyc, en zelden van een man. De stam is niet regt rond, maar boekig, gelyk de Gayang-boom; de schorsse is dun, van buyten glad, en van binnen wit, droog, en breeksaam, zo dat men de oude schorsse niet geheel van den boom kan brengen. De takken zyn hard en styf, de bladeren staan zonder order, en Lanze-bladeren wat gelyk, doch kleender, en nader met die van de oude Kersse-bomen over een komende, agter en vooren even spits, niet dik, egter styf, glad, en blyde-groen, 6. duymen lang, 2. vingers breed, aan de kanten digt en fyn gezaagt, dog niet scherp, met subtile en kromme ribben, van smaak eerst zoetachtig, daar na onaangenaam. Uyt den schoot der bladeren komt een kort steeltje voort, 't welk zig weder in 4. a 5. kleendere verdeeld, aan dezelve zitten spitse groene knopjes, in de grootte van Mostaart-zaad, die baar in zeer kleene bloempjes openen, in 5. spitzen verdeeld, nooit ter degen geopen, maar half gesloten, daar inne men kleene draadjes met geele nopjes ziet. De vruchten zyn insgelyks kleen, als een Erwete, dog een weinig plat, en met 't spitze na voren gekromt, als jonge Mangus. Binnen leydt een bruyne swarte korf, boven breed, onder spits, en als gegranuleert.

Het hout is bleek, wit, hard, en taay, als Cofassu; zyn bloeytyd is in de regen-maanden.

Naam. In 't Latyn *Arbor aluminosa*. Op Amboinisch *Leba*.

Plaats. Men vind dit boompje zeer weinig, zelfs in Amboina hier en daar op lustige heuvelen en bergen. In de Westersche Eylanden is 't onbekent.

Gebruik. De Amboinezen gebruyken deze schorsse en bladeren, in plaats van Aluyn, by 't rood verwen, het welk ze doen met de bovenstaande wortelen van *Bancudu* en *Sappan*-hout, want het geeft alle verwen een vastigheid, gelyk men op de Kust Cormandel doet met het kruiden *Say*, inzonderheid als ze 't bovengemelde *Caju Nenu* gebruyken, zyn deze bladeren en schorsse noodzakelyk, zonder dewelke de verwen ligt-rood of al te bleek werden. Dezelfde schorsse en bladeren kan men ook drogen, bewaren, en uyt de Landen voeren, om by het verwen te gebruyken.

De hondertste Plaat

Vertoont een Tak van de *Aluyn-Boom*.


XVI. HOOFDSTUK.

De Ganiter-Boom.

Ganitrus is mede eene van de hoogste Wout-bomen, en dik na advenant, doch met geen breede kruyn, dewyl de hoof-takken meest om hoog staan, verdeeld in lange en ranke gaerten, daar aan staan de bladeren enkel, zomtyds in ryen tegen malkander, zommige verwerd, mede na de Kersse-bladeren gelykend, of na 't voorgaande *Leba*, dog langer, namentlyk 6. en 7. duymen lang, twee dito breed, aan de kanten zo donker en fyn gezaagt, dat men 't qualyk bekenen kan, en dat meest na voren toe, voorts glad, met subtile ribbetjes, en op korte steelen staande, na agter toe smal; de afgevallene worden zo rood als een gekookte Kreeft, ja zelfs veele die nog aan den boom hangen, omtrent de tyd dat de vruchten ryp zyn, waar aan men dezen boom van verre bekenen kan, te meer, alzo by met zynen kruyn boven anderen uytsteekt.

Het bloeyzel komt voort agter de bladeren, dewelke als dan wat korter zyn, en digt op malkander aan 't uytterste der takkens, de bloem-trosjes zyn enkele steeltjes, 3. 4. en 5. agter de bladeren aan de ryskens, gelyk aan de *Aalbesien*.

Ieder



Quisque vero flosculus singulari infidet longiusculo petiolo, calicis formam gerens, vix digiti unguem longus, ex quinque albis & acutis formatus petalis, quæ nunquam penitus aperiuntur. Inter hæc quinque alia locantur petala, superius in multa tenuia divisa filamenta, cætera interna pars repleta est penicillo minore ex similibus filamentis composito. Si flores per semi-diem fuerunt abrupti, purpurascunt vel rubent, totusque simul decidit flosculus, relinquens capitulum pistillo coronatum, quod in fructum excrefcit.

Folia tum sine ordine locata sunt, sed arcte sibi juncta in ramulorum summo, qui in longum desinunt apicem, uti in Varingis. Fructus solitarii dependent longis ac tenuibus ex petiolis, qui perfecte sphærici sunt globuli, paulo majores globulo sclopeti, primo virides, dein cærulei, intermixto purpureo colore, exterius quodammodo glabri, sed rugosis simul maculis notati, ac sæpe minoribus tuberculis & venulis distincti, intus ingens reconditur officulum rotundum, pauca viridi tectum carne, non autem succosa, sed fragili, acsi arena adspersa esset, saporis austeri, in penitus vero maturis ac deciduis, vinosi quodammodo, qui fere edules sunt, officulum durum est, sed in quatuor vel quinque segmenta dividi potest, inque medio perforatum fere totum est foramine, estque porro per totam ejus peripheriam foraminulis ac foveis notatum, unde penitus granulosum adparet, acsi a vermibus exesum esset, quod tamen ipsi elegantem præbet formam, putaret enim inperitus tali modo per artem esse elaboratum, inæqualis autem sunt hæc officula magnitudinis, instar vulgaris globi sclopeti, plerumque rotunda, quædam vero pyriformia, media sunt instar globuli sclopeti manualis, minima vero instar pisi fusci, quæ in una eademque tali modo crescunt arbore. Invenitur autem ejus species, quæ plerumque minores gerit baccas, cujus folia contra sunt majora quam in vulgari, novem nempe ac decem pollices longa, tres cum dimidio lata.

Sic quoque tertia ejus occurrit species, sed in Amboinarassima, quæ minima etiam gerit officula illis mox memoratæ speciei, haud multo majora vulgari piso, ab utraque parte parum compressa & plana, fulcis eleganter excavata, quæ etiam omnium pretiosissima sunt, & in veteri India mercaturæ haud vulgari inserviunt, quinque istæ futuræ externe vix in officulo adparent, si vero perforantur, facile secedunt ac decidunt, minima vero sunt duriora, ac perforationi resistunt, magna species ubique in silvis sub arboribus decidua reperitur, cujus externa vero computruit caro, cinerea est, nec æstimata, quæ autem a vaccis vel avibus comeduntur, ac per secessum iterum emittuntur, in fuscum vergunt colorem, quoque magis sunt fusca hæc officula, eo meliora, ac magis expetita, qui color per macerationem in aqua marina quodammodo conquiri potest.

Arboris truncus non semper rectus est, sed parum sinuosus, atque aliquando adeo crassus, ut bini vix viri ipsum ulnis complecti possint, ac prope radices parvas gerit alas.

Ejus cortex est glaber, sique incidatur, flavescit, lignum pallide albicat, porosum est, seu foraminulis perforatum, si per transversum sectum examinetur, nihilominus tamen est satis durum & grave.

Anni tempus. Fructus maturescunt Junio & Julio, usque in Octobrem sub arboribus decidui inveniuntur.

Nomen. Latine *Ganitrus*. Malaice & Javanice ac Baleyice *Ganitri* & *Ganiter*, quæ nomina per totam Indiam sunt nota. In Celebe apud populum Boegensem vocatur *Boa Sima*. Amboinice *Aymanu*, h. e. avium arbor, dum magni volucres, imprimis aves annuæ ac Vespertiliones, ejus comedunt fructus, quibusdam *Amale* dicitur, h. e. arbor annua, quum Amboinenfes putent gallinas quotannis ista in domo morituras esse, in quibus hoc lignum ardet.

Locus. Hæc arbor in multis aquoæ Indiæ locis nota est, maxima ejus species in cunctis montibus, & altis silvis Amboinæ, parva vero species rarior est, & in Amboina fere ignota, minima mediæ speciei in quibusdam etiam occurrit locis Amboinæ, maxime in montibus *Oerimeffing* in *Leytimora*, inter cujus officula sæpe etiam illa minoris speciei inveniuntur.

Ieder bloempje staat op een byzonder langachtig steeltje, in gedaante van een kelkje, schaars een nagel van een vinger lang, gemaakt van 5. witte en spitze blaadjes, die zig nooit ter degen openen. Binnen dezelve staan 5. andere, die zig boven in veele vezeltjes verdeelen, en de rest na binnen toe is mede uytgevuld met een penceeltje, van diergelyke vezeltjes gemaakt. Het bloeizel een halve dag afgebroken zynde, werd paars of roodachtig, en het gebeele bloempje valt af, nalatende een knopje met een stilet boven op, waar uyt de vrucht werd.

De bladeren staan alsdan zonder order, en dicht agter malkanderen, aan 't uytterste der ryskens, met een lange spits voor uyt, gelyk aan de *Varinga*. De vruchten hangen ydel, en aan dunne lange steelen, het welk zyn regt ronde bollekens, wat grooter dan een *Musquets* kogel, eerst gras-groen, daar na blaauw, zo nogtans dat 'er wat purper onder schynt, van buyten wel effen, dog met ruyge plekken, en dikwils met kleene beuveltjes en aderen, binnen leyd een groote ronde steen, omgeven met weinig vleesch, 't welk groen is, doch niet zappig en bryzelig, als of het zandig was, van smaak wrang, maar in de gebeele rype, die afgevallen zyn, wat wynachtig en eenigzints bequaam om te eeten, de steen is hard, doch kan in viere en vyven verdeeld werden, en heeft in de midden een gaatje, dat bykans doorgaat; voorts over 't gebeele lyf vol kuyltjes en groeven, die hem gansch korlig maken, en als of by van wormen doorwreten was, 't welk hem egter een mooy fytzoen geeft, want men zoude zeggen, dat by door konst also gegraveert was. Zy zyn van ongelyke grootte, want de grootste zyn als een gemeene *Musquets*-kogel, meest rond, zommige peervormig, de middelbaare zyn als een *Pistool*-kogel, en de kleenste als een graauw *Erwete*, en groeyen onder malkanderen aan een boom. Men vind echter een zoorte, die doorgaans kleene besien draagt, wiens bladeren daar en tegen grooter zyn als aan de gemeene, te weten 9. en 10. duymen lang, 3. breed.

Zo is 'er ook nog een derde zoorte, dog in Amboina gansch raar, derwelke nog kleender steenen draagt, dan die van de naastgenoemde zoorte, niet veel grooter dan een gemeene *Erwete*, aan wederzyden wat plat, met groefjes zeer aardig uytgehoud, derwelke ook de kostelykste van allen zyn, en in oud Indien tot een groote *Koopmanschap* dienen; de vyf woegen kan men van buyten aan den steen qualyk bekenen, maar als men daar aan begint te boren, zo vallen ze ligt van malkander, doch de kleene zyn harder, en kunnen 't boren verdragen; 't groot geslagt over al in de bosschen onder de bomen leggende, en daar 't buytenste vleesch afgerot is, zyn graauw en ongeagt, maar die van de *Koebeesten* of *Vogels* gegeten worden, en door den afgang weder uytgeworpen, trekken na den bruynen, en hoe bruynder deze korls, hoe beter zy zyn, en meer gaagt, welke couleur men met het weeken in zeewater eenigzints kan te wege brengen.

Usus. Ex ejus truncum satis lati asseres & trabes formari possunt, quæ politæ elegantes quodammodo sunt ob pectinum decursum, sed non nisi ad superiores ædium partes adhibendæ sunt, non vero ad strata vel fulcra, uti id Amboinensium quidam cives suo periculo & damno experti fuere, qui per commodam elaborationem ferræ & dolabræ adlecti fuere: Vegetativum quoque lignum est, inveni enim in vallibus prolapsas arbores, quarum inferior computruerat truncus, non autem vertex, atque ubi is terram tangebatur, vigeat, atque florebat is adeo luxuriose, acsi terræ infixus & erectus esset, ita ut sine dubio in novam excrevisset arborem: Cæterum nullus alius hujus arboris usus innotuit, excepta Ternatenfi superstitione, nemini scilicet licitum esse præter Orang kayen, illisque, qui supra alios sese elevare tentant, hos capiti vel post aures inponere flores, quum sint decerpti ex arbore, quæ est rex silvarum.

Tabula Centesima Vigesima Quinta

Ramum exhibet *Palacca* floribus onustum. Ubi Litt. A. folium junioris arboris denotat.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Halecus litorea. Haleky Laut.

Halecus est arbor humilis litorea, sæpe tantum frutescens, quum vero aliquando unicum modo emittat truncum, crus crassum, qui humilis est, incurvus, & inclinans, hinc inter arbores quoque locari potest. Magnam habet adfinitatem cum *Novella* seu *Daun Baroe*, ita ut quidam ejus putent esse speciem, atque hinc eam denominent. In binas dividitur species in *terrestrem* & *litoream*.

Litorea Halecus ad arbores proxime accedit, quum unum ac sæpe geminum producat truncum ad viri altitudinem, sed incurvum & sinuosum, atque ex ejus radicibus multi laterales excrescunt furculi, unde irregularis sæpe frutex est, corticem gerens glabrum & cinereum.

Folia cum illis *Daun Baroe* conveniunt, suntque cordiformia, & integra, quorum maxima sex septemve pollices longa sunt, quinque ac sex lata, plurima vero minora sunt, costas gerentia laterales parallelas, suntque firma, ac subtus cinerea & rugosa, acsi farina & arena conspersa essent, quod etiam in superiore parte juniorum foliorum conspicitur juxta ipsorum costas. Bina sibi sunt obposita, longis insidentia petiolis, odoris gravis & ingrati, qui ad urinam nempe vaccarum accedit, ita ut in transitu hic percipiat, & caput adgraveret, præsertim si per solem folia fuerint calefacta & exaltata. Petioli porro, ramuli, & cuncti hujus arboris furculi rugosi sunt, & arena quasi conspersi: Ex foliorum alis longi, tenues, & simplices excrescunt petioli, quibus verticillatim adcrescunt capitula, quæ sese aperiunt in flosculos muscosos.

Fructus

cito fit, cito perit, want alle zyne deelen zyn van een weeke en brooze substantie.

Hy komt ook zomtyds in de thuynen en Valeyen op, werwaarts 't zaad door de Vogels of afloop der rivieren gebragt is; als men den boom divers doorkapt, zo schynt het hout als van veele boven malkander leggende rollen gemaakt te zyn.

Naam. In 't Latyn *Palacca*, na 't Maleytze *Caju Palacca*, dragende den naam van *Aroe Palacca*, een vermaarde Koning op 't Boegische land, als of dezen boom Koning wilde wezen over andere bomen, daarom men hem mogte beten *Rex silvarum*. Op Ternaats *Affu*. Amboinsch op *Leytimor Ayloun Hoffs*.

Plaats. Hy is bekend in 't Amboinsche gebergte, als mede in de Moluccos en op Celebes. Op 't Hitoëze gebergte vind men hem meer, daar hy zomtyds veel spoox maakt, als by van de winden omgeworpen, in de Valeyen valt, 't welk hem ligt gebeurd, en aldaar met zyn onbeschoften stromk, den loop van de rivieren stopt, en een groot woelen in 't omleggende land veroorzaakt.

Gebruik. Van den stam kan men wel brede planken en balken hebben, die opgeschaaft eenige frayigheid vertonen, wegens 't lopen der kammen, maar men moet ze niet als tot bovenwerk van de buyzen gebruiken, en niet tot onderleggers of platen nemen, gelyk zommige Amboinsche Burgers met schade aan baare buyzen ondervonden hebben, die door de gemakkelijckheid van 't zagen en kappen tot dit hout aangelokt wierden; 't is mede een levend hout, want ik heb omgevalle bomen in de Valeyen gevonden, waar van den ondersten stam al vergaan was, maar met de kruyn, daar hy de aarde raakte, groeyde en bloeyde hy nog zo weeldrig, als of hy over eynd stond. En na alle waarfchynelijckheid stond by een nieuwen boom te werden, anders is geen gebruik van dezen boom tot nog toe bekend, bebalven een Ternataanse superstitie, dat niemant, dan Orang kayen, en die boven andere willen wyfstecken, deze bloemen op 't hooft, of agter de ooren mogen dragen, als zynde genomen van den Koning des wouds.

De hondert vyf- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Palacca Boom*, met zyn bloem. Alwaar Lett. A. een blad van een jonge boom aanwyft.

XLII. HOOFDSTUK.

De Strandt Haleck-Boom.

Haleky is een lage strand-boom, en meerendeels maar een struyk, doch om dat het zomtyds met een stam opschiet, in de dikte van een dye, niet hoog, krom, en overbellende, zo wil hy mede onder de bomen plaats hebben. Hy heeft ook groote gemeenschap met de *Novella* of *Daun Baroe*, zo dat hem zommige voor een geslagt daar van houden, en ook daar naar benoemen. Hy werd verdeeld in twee zoorten, 1. landelyke, 2. strandelyke.

De strandelyke zoorte, *Haleky Laut*, komt de bomen naaft, hebbende een of twee stammen van een man hoog, dog krom en bogtig, en uyt de wortelen nog veele zydescheuten voortbrengende, en derhalven een onfatsoenelyken struyk wytmakende, met een evene en graauwe schorsse.

De bladeren gelyken die van *Daun Baroe*, hertvormig, met effene kanten, de grootste zes en zeven duymen lang, vyf en zes breed, dog de meeste zyn kleender, met parallelle zyde-ribben, styf, van onderen graauwachtig en ruyg, als of ze met meel en zand bestrooyd waren, 't welk men ook ziet aan de bovenste zyde van de jonge bladeren, langs de ribben. Zy staan twee en twee tegens malkanderen, en op lange steelen, sterk, en onliefslyk van reuk, te weten na koe-pis riekende, zo dat men die in 't voorbygaan gewaar werd, en 't hooft bewaren, inzonderheid als zy door de Son verwarmt worden. De steelen, rykens, en alle de uytpruytels zyn mede ruyg, en als met zand bestrooyt, uyt den schoot der bladeren komen lange dunne, en enkelde steelen voort, rontom welke wervels-gewys staan kleene knopjes, waar uyt kleene en moschagtige bloempjes werden.

De





Fructus baccæ sunt bini ac terni simul dependentes uno ex petiolo, quævis autem bacca *Ricini* fructum refert, sed multo minor est, glauca, ac brevibus mollibusque apicibus, spinulas mentientibus donata, suntque arena quasi conspersi hi fructus, & in tres partes divisi, ut in *Ricino*, quarum quævis per longitudinem iterum sulcata est. In tres quoque cellulas divisi sunt, atque in quavis nigrum, durum, & glabrum continetur ossiculum, magnitudine *Piperis albi*. Arboris lignum est album, solidum, ac subtilis substantiæ instar *Eboris*, atque poliri potest, est autem leve & molle, fere instar *Tiliæ nostratis*.

Florêt Junio & Julio, quum & fructus excrescunt, in media etiam crescit regione, sed ab hominibus ibi per stipites potissimum propagatur, lignum enim ejus quam maxime est vegetativum.

Nomen. Latine *Halecus Litorea*. Malaice quidam hanc vocant *Daun Capur Laut*, h. e. folium calceum litoreum, & *Daun Baru Laut*, quod nomen proprie *Novellæ litoreæ*, supra libro tertio descriptæ, competit: vulgari autem nomine Amboinensi *Haleky Laut* & *Haleky Laun Ulu* nota est hæc arbor.

Locus. Contempta est arbor, ubivis in litoribus hisce Orientalibus obvia, raro autem ad arbusculæ crafitiam excrescit, quum tam sæpe amputetur.

Usus. Lignum ejus aptum est ad opera seriniaria subtilia & pusilla, ut & ad asseres excisos & elaboratos instar topiarii operis, quod apud nos ex *Tiliæ* ligno perficitur, *Haleci* vero lignum durius est & magis albicat.

Ejus rami quotidie ad hortorum palos & sepes adhibentur, quum facillime progerminant, æque ac *Daun Baroe*, molestum vero est iis adstare vel adfedere ob gravem & urinosum foliorum odorem, qui incolis non obstat. Torniones cancellos ex hoc ligno fabricare quoque norunt, raro autem ejus frusta inveniuntur satis magna, nisi in desertis locis, quum a fervis aliquin quotidie cædatur, & a ramis defraudetur.

Tabula Centesima Vigesima Sexta

Ramum exhibet *Haleci litoreæ*, quæ *Ricnocarpi* seu *Mercurialis* species videtur.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Halecus terrestris. Haleky.

H*Alecus terrestris* nequiquam inter arbores numeranda est, quum arbuscula sit humilis, simplicem brevemque gerens stipitem, qui sese mox in raros rectosque dividit ramos, pedem circiter crassos, instar *Coryli*, tres autem ejus inveniuntur species *vulgaris*, *alba*, & *rugosa*.

Primo *Halecus vulgaris* simplicem & rectum gerit truncum, octo & duodecim pedes altum, ultra pedem crassum, cortice obductum glabro, ex cinereo-fusco, succoso, & lento, qui facile decorticari potest. Ejus folia solitaria longissimis insident pedunculis, illis *Coryli* similia, cordiformia nempe, in longum angustumque apicem desinentia, tenuiora & flacidiora precedentibus, subtus non cinerea, sed glauca, parvis rarisque dentibus ad oras notata, qui in vetustioribus evanescent, quinque & sex pollices longa, excepto apice, mollia, & lanuginosa, quales etiam sunt petioli ac furculi.

Tenera folia fusca sunt, & quam maxime lanuginosa ac dentata, dein ab utraque parte angulosa sunt ac trigona, quod in vetustis iterum disparet, quæ rotundiora sunt, multis porro costis pertexta sunt, sicca, & rugosa, nullum peculiarem exhibitia saporem vel odorem instar *Malvæ*.

Ex foliorum alis tenuis ac longus progerminat petiolus, capitula sustinens plurima racemosa quasi, *Tritici* grano minora, quæ in flosculos explicantur multo.

De vruchten zyn besien, met 2. en 3. by malkander hangende, op eenen steel, en ieder besien gelykt de vrucht van *Ricinus*, dog veel kleender, grys-groen, met korte weeke spitsjes, als doornjes bezet, en daar en boven zandig, ook in 3. verdeeld, gelyk aan *Ricinus*, en ieder deel heeft weder een voore in de lengte. Binnen zyn 3. buyskens, en in ieder buysje een swarte, harde, en gladde korf, in de grootte van witte peper; het bout is wit, van digte en fyne substantie, als yvoor, en laat zig glad werken, dog ligt en week, schier als ons *Linden-bout*.

Het bloeyd in Juny en July, wanneer men ook de vruchten heeft, maar 't groeyd ook landwaard in, doch meest door menschen aldaar met stokken geplant, want het is een ligt groeyend hout.

Naam. In 't Latyn *Halecus Litorea*. Op Maleys noemen 't zommige *Daun Capur Laut*, dat is kalk-blad op strand, en *Daun Baru Laut*, welken naam eygentlyk aan de boven in het derde boek beschrevene *Novella Litorea* toekomt; maar 't is meest bekend met den Amboinschen naam *Haleky Laut*, en *Haleky Laun Ulu*.

Plaats. Het is een veragte boom, en op alle stranden van deze Oosterfche Eylanden gemeen, dog zelden opschietende tot de dikte van een boompje, om dat men hem zo dikwils afskaft.

Gebruik. Het hout is bequaam tot fyn of kleyn scbrynwark, of uytgehouwene plankjes en loofwerk daar van te maken, gelyk men met ons *Linden-bout* doet, dog *Haleky* is witter en harder.

De takken werden dagelyks gebruykt tot thuynstaken, en andere dunne stylen; daar ze dan weder uytscieten, zo wel als de *Daun Baroe*, doch 't is moeyelyk daar omtrent te staan of te zitten, wegens den sterken pis-reuk der bladeren, 't welk de Inlanders niet eens gevoelen. De *Drayers* konnen daar ook alderhande tralien van maken, doch vinden zelden zulke groote stukken, of moeten ze op afgelegene plaatzen zoeken, om datze van de Slaven dagelyks gekapt, en van haar takken berooft werden.

De hondert zes- en twintigste Plaat

VERTOONT een Tak van de strandt *Haleck-Boom*, welke een soort schynt te zyn van de *Ricnocarpus* ofte de *Mercurialis*.

XLIII. HOOFDSTUK.

De Landt Haleky-Boom.

H*Alecus terrestris* mag geenzints onder de bomen gerekend werden, want het is een laag boompje, beneden met een enkelde stam, maar die zig straks in weinige takken verdeeld, omtrent een been dik, gelyk onze *Hazelaars*; het werd verdeelt in drie soorten, als 1. 't gemeene, 2. 't witte, 3. 't ruige.

1. *Haleky*, 't gemeene heeft een enkelde regte stam, acht en twaalf voeten hoog, en ruim een been dik, bekleed met een effene, uit den grauwwen bruinachtige, zappige, en taye schorffe, die zig ligt laat afschillen. De bladeren staan enkeld, op zeer lange steelen, die van *Haselaren* gelyk, te weten, bertvoormig, met een lange smalle spitse, dunder en slapper, dan de vorige, van onderen niet grauw, maar blauw-groen, met kleine en wyde tandkens aan de randen, derwelke egter aan de oude meest vergaan, vyf en ses duimen lank, behalven de spitse, zagt en wolagtig in 't aantasten, gelyk ook de steeltjes en scheutjes zyn.

De jonge bladeren zyn bruin, en zeer wolagtig, merkelyk getand, daar na gewinnenze aan weer zyden een uittrekkende boek, en worden dryzydig, dog deze boeken verliezen hun wederom aan de oude, die ook onder werden, voorts zynze met vele ribben doortogen, droog, en rimpelig, van geen zonderlyken reuk of smaak, veel na de *Maluwe* trekkende.

Uit den schoot der bladeren komt mede een dunne en lange steel voort, daar aan kleine knopjes hangen, tros gewys agter malkander, kleender, dan gerst, waar uit

scos, qui nihil aliud exhibent nisi brevia stamina cum antheris flavis, Vitis floribus simillimos & inodoros.

Fructus raro in conspectum veniunt, iisdem insidentes pedunculis hinc inde ex foliorum alis, qui vero multo breviores sunt, quam quum flores sustinerent, atque in ipsorum extremitate bina foliola excrescunt, valvulas mentientia, inter quæ bini tresve fructus brevibus in pedunculis continentur, hi vero rotundi sunt instar minorum Piperis granorum, externe rugosi, & parvis quasi punctulis notati, interne granum continentem parvum, rotundum, instar feminis Coriandri, sub cuius duriusculo putamine medulla locatur dulcescens: Bini aliquando fructus concreverunt petiolis insidentes quinque pollices longis: Huius arbusculæ lignum ex crassis constat fibris, estque leve & siccum, nec durabile, nisi positum sit in locis fumo sæpe repletis: Huius sepes non progerminant, uti aliarum vegetabilium arborum, ob ejus siccitatem, per femina autem sese propagat.

Secundo *Halecus alba*, majora gerit folia quam præcedens, quorum multa sunt trigona, subtus alba & lanuginosa, quales & juniorum ramulorum petioli sunt. Tenerum folium non fuscum est uti in priore, sed leviter flavescit: Antequam ejus flores progerminant, longum primo in conspectum venit & acuminatum caput, ex quatuor angustis petalis seu barbulis compositum, uti in *Daun Baroe*, hoc sese aperiens florem exhibet muscosum, quem fructus insequitur, uti in præcedente.

Tertio *Halecus rugosa* maxima gerit folia & altissimum truncum, ejus folia multo majora sunt illis binarum antecedentium specierum, ultra pedem nempe longa & lata, vetusta cordiformia & rugosa, juniora trigona, inferne & superne quam maxime rugosa & pilosa, hi vero pili hirti & spinulosi sunt, sed facile decidui, & cutis pruritus excitant: Flores sunt uti priorum, sed majores, fructus instar Bardanæ adhærent, binis apicibus notati, & interne binis duris officulis repleti, suntque viscosi, & Tsjampaccæ odorem fundunt. Ejus lignum magis durabile est ad Totarren seu testam quam præcedentium, estque album, leve, & crassis ex fibris compositum. Pluviosis mensibus Junio & Julio flores ac fructus profert.

Nomen. Latine *Halecus terrestris*: nomen Malaicense ignotum est: Amboinice *Haleky Lau muri* vel tantum *Haleky*, in Loehoea *Halery* & *Hulire*, in Leytimora a quibusdam *Appya* vocatur. Ternatice *Bauraka*, prima species cognominatur rubra seu *Haleky Mera*: Secunda *Haleky Poeti* seu alba, tertia *Haleky Daun Bezaar* seu latifolia.

Locus. Ubique in Amboinæ insulis crescit, tam in litore quam in ipsa regione, in locis ventosis inter alias humiles arbores, & ad oras majorum silvarum, non autem, vel raro saltem, in frigidis vallibus & humidis locis, quo vero magis soli exponatur, & quo locus sit siccior, eo minora gerit folia, immo ejus species invenitur parva rotunda & lanuginosa gerens folia, quæ *Abutilon* putaretur esse, a quo tamen differt, in acutis etiam & saxosis crescit rupibus, ubi ejus radices potissimum denudatæ sunt, facile quoque in hortis desertis progerminat, Amboinensibus *Haun* dictis.

Ufus. Prima ac tertia species ad levia ædium testæ adhibentur, non vero ad opera, quæ per longum durare oportet tempus, ac tertia potissimum species aptissima est, quum longissima exhibeat tigna, quæ primo in totum a cortice depuranda est, ac soli exponenda, inque locis fumo sæpe repletis deponenda & adhibenda, ad sepes vero hortorum, ut progerminant, non valent; quum pereant facile hujus arboris stipites. Tenera primæ speciei folia levem habent adstrictionem exsiccantem, unde hæc conteruntur cum pauxillo Zingiberis contusæ, quæ exhibent in Dysenteria, quod vulgare est medicamentum apud Amboinenses, sed tarde operatur. Eadem hæc folia cum succo Limonis silvestris contrita, orique puerorum instillata aphthas depurant, si inter conterendum *Arboris pinguis* folia addantur, per facilem fessum alvum simul laxant & depurant.

Ejus cortex coctus cum *Limone Swangi*, ac propinquatus efficeat & depurat mulieres fluxu albo laborantes, si circa menstrui tempus tale decoctum bibant, atque post illud masticent tenera *Nute* (quæ *Phyllitis* est) folia cum *Pinanga*.

Idem

werden kleine Moschbachtige bloempjes, daar men niets anders aan ziet, dan korte draadjes met geele nopjes, zeer gelyk 't bloeizel van Wyngaard, zonder reuk.

De vruchten ziet men zelden, voortkomende op dezelfde steeltjes, hier en daar uit den schoot der bladeren, op dewelke van te voren 't bloeizel gestaan heeft, dog als dan zyn de stelen veel korter, en op 't eynd van deze steeltjes staan twee kleine blaadjes, als Valvulæ of deurtjes, tusschen dewelke twee a drie vruchten op korte steeltjes staan, deze vruchten zyn rond, als kleine Peperkorls, van buiten wat ruig, als met kleine puntjes bezet, van binnen met een rond kleen korreltje, als Coriander, en onder een bard-agtige schaal een zoetagtig merg, men ziet 'er zomtyds twee aan malkanderen wasschen, en haer steelen zyn zomtyds vyf duimen lank: Het hout is grofdradig, ligt, en droog, niet durabel, of 't mogt aan rookagtige plaatzen staan. De stylen of staken daar van gemaakt, schieten niet uit, gelyk ander groen hout, wegens zyne droogte, dog door zyn zaad zaayd het zig licht voort.

2. *Haleky* 't witte, heeft grooter bladeren, dan 't voorgaande, en daar onder veele met drie boeken, van onderen wit en wolagtig, gelyk ook bare stelen aan de jonge takken. Het jonge blad word niet bruin, gelyk aan 't voorige, maar ligt-geel. Eer het bloeizel voortkomt, ziet men eerst een lange spitze knop van vier finale blaadjes of baarden gemaakt, gelyk aan de *Daun Baroe*, deze zig openende, vertoont 't Moschbachtige bloeizel, waar op de vruchten volgen, als aan 't voorgaande.

3. *Haleky* 't ruige heeft de grootste bladeren, en de hoogste stammen, de bladeren zyn veel grooter, dan aan beide de voorgaande, te weten, over een voet lank, en breed, de oude hertwormig en rimpelig, de jonge dryboekig, van onderen en boven zeer ruig en hairig, welke haartjes stekelig zyn, ligt afvallen, en op de huid een jeuken verwekken; 't Bloeizel is, als aan de voorige, dog grooter; de vruchten als kliffen, met twee spitzten bezet, binnen met twee harde korls, kleverig, en rieken na de Tsjampacca. Het hout is durabelder tot Totarren, als andere *Haleky*, mede wit, licht, en grofdradig. In de regen-maanden Juny en July heeft men de bloemen en vruchten.


Naam. In 't Latyn *Halecus terrestris*: De Maleysche naam is onbekend: In 't Amboins *Haleky Lau Muri*, of slegts *Haleky*, op Loehoe *Halery* en *Hulire*, op Leytimor by zommige *Appya*, op Ternataans *Bauraka*, de eerste zoorte werd bygenaamt rode of *Haleky Mera*. De tweede *Haleky Poeti* of witte, de derde *Haleky Daun Bezaar* of grootbladige.

Plaats. Het waft over al in de Amboinsche Eylanden, zo wel op strand, als landwaard in, op lugtige plaatzen, onder ander kreupel-bosch, en aan de randen van groote bosschen niet of zelden, in koude valeyen, en vogtige plaatzen, hoe meer het ter Zonne staat, en hoe droger de plaats is, hoe kleender bladeren 't gewind, ja men heeft een zoorte met kleine, ronde, en wolagtige bladeren, die men voor een *Abutilon* zoude aanzien, 't welk het nogtans niet is, het groeyd ook op scherpe koraal-klippen, daar de wortelen meest bloot staan, en komt ligt voort in verlatene thuynen, by de Amboinezen *Haun* genaamt.

Gebruik. De eerste en derde zoorte werden tot ligte Totarren of dak-Sparren gebruikt, dog tot gene werken, die durabel moeten zyn, zynde de derde zoorte wel de bequaamste daar toe, om datze de langste sparren geeft, men moetze eerst beet en al van de schorsse beroven, in de Zon drogen, en dan nog aan rookagtige plaatzen gebruiken, tot thuyen-staken, die men hebben wil, dat uitschieten zullen, deugenze niet, wantze vergaan ligt. In de jonge bladeren van de eerste zoorte is een sagte zamen-trekking, en opdroginge, dierhalven wryvenze die met een weinig kleine Gember, en gevenze te drinken in de Bloedloop, een gemeen medicyn by de Amboinsche, die dog langzaam toegaat. Dezelve bladeren met zap van wilde Lemoenen gewreven, en in de mond van de kinderen gedroopen, zuiverd dezelve van de Sprouw, als men in 't wryven de bladeren van *Arbor pinguis* daar by doet, zo zuiverenze met een bet lyf door een zagte kamergank.


De schorsse gekookt met *Lemon Swangi*, en die gedronken, droogt en zuivert de vrouwen, die met de witte vloed gequelt zyn, als zy het drinken tegens den tyd haarer reyniginge, en na dezelve eeten de jonge bladeren van *Nute* te zamen met *Pinang* geknouwt.

Het



Halecus terrestris albus.

A



Idem quoque decoctum virorum Gonorrhæam curat, si bis de die ejus cyathus bibatur, uti & illos, qui Nephritide laborant, perinæum vero inliniendum est eodem Limonis succo, & contritis carbonibus *funis mufarii*, seu fungi *Biobio* dicti, qui *Lycoperdi* species est, Chirurgis Bovista dicta:

Ejus cortex exficari potest, inque cistis fervari ad usum, hic enim aquæ incoctus cum patuxillo Cinnamon, Liqueritiæ, Cubebarum, & Cumini, optimum præbet gargarisma in tonsillis tumentibus & uvula prolapsa, immo licet os & fauces exulceratæ essent, si enim tepide hocce gargarisetur, optime depurat & cito exficat ulcera, quod sæpius exploratum est.

Ad omnes hos usus medicos prima seu fusca species eligenda est, quæ rarior est binis aliis speciebus.

Tabula Centesima Vigesima Septima

Ramum exhibet *Haleci terrestris*,
Ubi per Litt. A ramulus albæ speciei denotatur.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Clypearia maritima. Kellor Laut.

HÆc arbor mixtam gerit formam ex ligno murenæ, libro quarto descripto, *Clypearia*, & *Turio*, potissimum vero ex *Morunga* compositam, quod ejus nomen denotat. Arbor crassitiem & altitudinem habet *Clypearia* vulgaris, ejus autem coma non ita ample extenditur. Huius lignum est album, molle, & inutile. Ramorum cortex ex cinereo & fusco variegatus est, rachidum vero viridis, in ramis ramuli alternati sunt & inordinati, mollibus ex geniculis provenientes: Hisce pinnae foliosæ per quatuor vel quinque paria obposita insident, quæ in inferioribus pinnis quinque gerunt foliorum paria, in superioribus octo, quæ vix digiti articulum longa sunt, minora digitum transversalem, superne obtusa, & subrotunda, quædam vero superius latiora sunt, melius illa *Turii* quam *Moringæ* referentia, nullis plerumque costis donata, glabra, & firma. Fructus sunt siliquæ longæ & tenues. In planis crescit litoribus in sinu Amboinensi, sed vix nota est.

Nomen. Latine *Clypearia maritima*. Malaice *Kellor Laut*, Amboinice *Siaelaut*, & *Aysielo*.

Ufus. Nulli infervit usui, nisi quod ejus cortex loco saponis adhibeatur ad depurandas & eluendas vestes. Plura de hac arbore vide supra libro quarto in capite *Ligni Mureni* seu *Murini*.

Rumphius in *Adpendice* hæc adnotavit.

Adtendendum est, ne error committatur, quod Amboinenses hanc confundere soleant arborem cum ligno *Murino* seu *Aymalaha* supra libr. 4. descripto, ob foliorum similitudinem, sic quoque distinguenda hæc est a *Kellor Goenong*, seu *Clypearia rubra* supra descripta.

Het voornoemde decoctum van de schorffe en Lemon Swangigeneest ook de Gonorrhea in de mannen, dagelyks tweemaal een kopje vol daar van gedronken, als mede die gene, die met 't Graveel gequeld zyn, dog het perinæum moet men smeeren met het zelve Lemoen-zap, en gewreven kolen van funis mufarius, of een fungus Biobio genaamt, zynde een zoorte van Boebenvist, by de Chirur-gyns Bovist genaamt.

De schorffe kan men drogen, en in bondeltjes bewaren tot gebruik, want dezelve in water gekookt, met een weinig Caneel, en Zoetbout, Cubeben, en Comyn, geeft een kostelyk gorgel-water in de geswolle amandelen, en 't vallen van den buyg, ja al ware mond en keel daar by verseerd, want lauww daar mede gegorgelt, zuivert en droogt baastig op, zynde meermaals goed bevonden.

Tot alle deze medicinale gebruiken moet men de eerste of bruyne zoorte verkiezen, dewelke weiniger te vinden is, dan de twee andere.

De hondert seven en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Landt Haleky-Boom*.

Alwaar door Lett. A een Takje van de witte zoort aange-wezen werd.

XLIV. HOOFDSTUK.

De Strandt Kellor-Boom.

DEzen boom draagt een gemengde fatsoen van het lignum murenæ, in het vierde boek beschreven, *Clypearia* en *Turi*, maar meest van *Kellor*, gelyk de gemeene naam mede brengt. De boom is in de dikte, en hoogte van de gewone *Clypearia*, dog breed de kruin haar zo verre niet uit. Het hout is wit, zacht, en ondeugend. De schorffe der takken is uit den grauwen en bruinen gemengt, aan de ryskens groen, aan de takken staan de telgen, of diunder takkens over dwers, en zonder order, op weke knien: Aan dezelve staan de blad-dragende ryskens, met vier of vyf paren, regt tegens malkander; aan de agterste steeltjes vyf, aan de voorste acht paren, deze zyn schaars een lid van een vinger lank, een pink breed, voor stomp en rond, dog sommige zyn voor breeder, dan agter, beter na die van *Turi*, dan *Kellor* gelykende, meest zonder ribben, glad, en styf. De vruchten zyn lange, dunne bouwen. Hy waft op vlakke stranden, in den Amboinschen Inham, dog is weiniger bekend.

Naam. In 't Latyn *Clypearia maritima*. Op Maleys *Kellor Laut*, op Amboins *Siaelaut*, en *Aysielo*.

Gebruik. Hy dient tot niets, als dat men de schorffe gebruikt, in plaats van zeep, tot 't wasschen der klederen. Ziet hier van meer boven lib. 4. in 't Capittel van *Lignum Murenæ* of *Murinum*.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit 'er neergestelt.

Hier staat op te letten om geen abuys te begaan, dat de Amboinezen dezen boom vermengen met *Lignum Murinum* of *Aymalaha* boven lib. 4. beschreven, wegens de gelykheid der bladeren, zo moet men hem ook onderscheyden van *Kellor Goenong* of *Clypearia rubra*, hier boven beschreven.



CAPUT QUADRAGESIMUM
QUINTUM.*Solulus arbor. Roraco.*

HÆc arbor commune gerit nomen cum frutice quodam flagelloso litoreo, *Solulo* dicto; est autem hæc perfecta arbor, licet non crassior sit crure, ejusque truncus obductus est cortice fusco & succoso. Hujus coma angusta est & inordinata, in breves ramos divisa, qui in plures iterum breves dividuntur rachides, quæ binæ ternæve simul excresecunt, & in minores laterales iterum dividuntur. Folia cum illis Turii conveniunt, sed sunt minora, & angustiora, digitum articulum nempe longa, minorem digitum lata, superius obtusa, brevique & acuto apice donata, oris deorsum flexis ac sine costis, nervus autem medius inferne maxime protuberat, alternata vero locantur, septem & octo paria ab utraque rachidis parte cum impari extremo, quod & maximum est, sunt autem superne glabra & læte viridia, inferne glauca, saporis fatui & herbacei, si rami abrumpantur, odorem fundunt quasi fabaceum.

Flores illis Fabarum vel Catjang similes sunt, pusilli, & albi. Fructus plerumque gemini simul dependent peculiari ex petiolo, digitum longi, immo breviores, semi digitum lati, instar corniculi incurvati, plani, & per longitudinem parum sulcati seu rugosi, quorum quidam simplices, alii duplices videntur, angusto collo sibi juncti, quævis autem pars hujus unum alterumque continet officulum, oblongum, & planum, fere instar fabarum Sinenfium, sed minus, primo album, dein fuscum. Hæc arbor per stipites propagari potest.

Nomen. Latine *Solulus arbor*. Malaice *Solulo Pohon*, ac tantummodo *Solulo*, Ternataans *Roraco*, quo nomine maxime nota est.

Locus. In Amboina exotica est, una tamen alterave circa ædes occurrit plantata, & uti dicitur, ex Ternata primum translata, in boreali Ceramæ plaga itidem invenitur.

Ufus. Licet ejus folia herbacea sint & ita sapiant, ad cibum tamen raro vel non adhibentur, ex hisce vero decoctum præparatur, vel in aqua tantum conteruntur & propinantur ad Amboinensium variolas expellendas, quibus contrita folia externe etiam imponuntur. Expertum quoque est puerum ex arboris lapsu brachium fregisse, cui hæc folia arte adligata illud curarunt, unde ipsis virtus tribuitur luxatos & fractos artus curandi. Alii corticis decoctum præparant, quod propinant contra Beriberi seu Paralyfin Indicam.

Tabula Centesima Vigesima Octava

Ramum exhibet *Soluli*, quæ *Parkinsoniæ* species videtur.



XLV. HOOFDSTUK.

De Solulus-Boom.

DEzen boom heeft een gemeenen naam met een kruypende strand-beester *Solulo* genaamt; het werd een formeele boom, hoewel niet dikker dan een dye, en den stam is bekleet met een bruinagtige zappige schorsse. De kruin is smal, onordentlyk, in korte takken verdeelt, en dezelve wederom in veele korte ryskens, dewelke met twee en drie by malkander staan, en al wederom in zyde takjes verdeelt. De bladeren gelyken die van Turii, dog zyn kleender, en smalder, te weten een lid van een vinger lank, en een pink breed, van voren stomp toelopende met een kort, styf spitsje, met de randen neerwaarts gebogen, en zonder kennelyke ribben, dog de middel-zenuwe buylt beneden ver uit, verwisselt tegens malkander staande, met zeven en acht paaren aan een rysken, en een voor uit alleen, 't welk ook het grootste is, boven glad, en regt groen, van onderen blauwagtig, smets en moeskruidagtig, en smeurig van smaak, in 't afbreken van de takken werd men ook een boonen reuk gewaar.

Het bloeizel is als dat van boonen of Catjang, kleen, en wit. De vruchten hangen gemeenlyk twee by malkander, dog ieder op een byzondere steel, een vinger lank en minder, een halve vinger breed, wat krom als een boortje, plat, en in de lengte wat gevooert of rimpeelig, zommige zyn enkeld, andere als dubbeld, met een smalle bals aan malkander hangende, en ieder deel verbergt een of twee boonen. Dezelve zyn lankwerpig, en plat, schier als Sineeze boonen, dog kleender, eerst wit, daar na bruin. Dezen boom laat zig met takken verplanten.

Naam. In 't Latyn *Solulus arbor*. Op Maleys *Solulo Pohon*, en slegts *Solulo*, op Ternataans *Roraco*, met welken naam by meest bekend is.

Plaats. In Amboina exotica est, en in de oost-vind men hem by de huizen geplant, zo men zegt eerst uit Ternaten aangebragt, dog op de Noord-zyde van Ceram werd by ook gevonden.

Gebruik. Hoewel de bladeren moeskruidagtig smaken, zo werd het egter tot de kost niet of weinig gebruikt, maar van de bladeren makenze een decoctie, of wryvenze slegts in water, en gevenze te drinken, om de Amboinsche pokken ter degen te doen uitslaan, waar op men dan de gewreene bladeren van buiten legt. Nog heeft men een experiment, dat een jonge door 't vallen van een boom zyn arm gebroken hebbende, door 't styf opbinden van de gewreene bladeren genezen is, daarom hem de kragten toegeschreven werden, om de verstuytte en gebrokene leden te genezen. Andere maken een decoctie van de schorsse, en geven die te drinken tegens de Beriberi, of Oost-Indische lammigheid.

De Hondert acht en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Solulus-Boom*, welke tot het geslacht van de *Parkinsonia* schynt te behooren.





CAPUT QUADRAGESIMUM
S E X T U M.*Arbor Radulifera. Caju Baroedan.*

Hæc alta est arbor, truncum gerens rectum, glabro cortice obductum, ejus folia bina sibi sunt obposita, brevissimis petiolis insidentia, tres, quatuorque pollices longa, binos lata, glabra, & integra, nec nervus magnus directe per medium transit.

Flores longis & amplis dependent ex racemis uti Mangæ, odorati itidem. Fructus semi-perfectum refert Cucumerem, quinque & sex pollices longus, in quinque cellulas divisus, unde & pentagonus est, externe autem punctulis notatus est instar Durionis, multo autem brevioribus nec pungentibus, interne rubet, ac pauca medulla repletus est, sique dehiscat, quævis ex quinque partibus quatuor septis seu pelliculis per longitudinem distincta est, quorum bina exteriora fortissima sunt septa, uti in vetustis Durionibus, quæ putamini extremo adnectuntur, bina vero interiora molles sunt pelliculæ, quarum quævis composita est ex tribus magnis & planis squamis laxè sibi adcumbentibus, quæ semina videntur esse. Quævis enim squama intus continet molle & viscosum officulum instar seminis Melonis, quod in bina foliola divisibile est, quæ in medio umbilico sibi adhærent, Durionis fetorem spirant hi fructus.

In medio autem binorum mollium septorum alius nucleus locatus est, digitum longus & latus, formam gerens semi-perfectæ lunæ, vel instar quorundam incurvorum pectinum, in interna parte acutus & tenuis, juxta dorsum crassus & rotundus. Sub externo tenui cortice friabilis reconditur substantia instar Suberis humidi, seu uti his in regionibus instar Gabbe Gabbe, quæ nullum Durionis odorem habet, & pallide fusca est externe.

Totus fructus facile in quinque dehiscit partes diu sibi invicem adhærentes, interna autem substantia facile prolabitur, restantibus quinque quasi cymbis.

Decembri floret, sique fructus maturescant, in arbore ingentes conspiciuntur Erucae, seu pilosi vermes, digitum circiter crassi, coloris flavi, qui folia & fructus depascuntur, ita ut arbor sit nuda, & hisce vermibus quasi tecta; Ejus lignum ad tigna adhibetur, nec facile coscos generat.

Nomen. Latine *Arbor Radulifera*. Malaice *Caju Baroedan*, juxta Hitoense, & Amboinense, quod radulæ arborem denotat, quum quævis quinque partium fructus radulam referat, ejusque loco aliquando usurpetur. In Loehoea *Safacke Seby*, quod Malaice *Baroedan Alea*, seu Zingiberis radulam denotat. Ejus eruca specialiter vocatur *Ulit Alut*, h. e. facci vermis ab ejus forma rotunda.

Locus. Hæc est arbor raro obvia, potissimum vero in Hitoes ora invenitur, ipsique obposita parva Cerama.

Ufus. Vetustorum truncorum lignum palis inservit & tignis: Ex spinosis fructus partibus radulæ formantur, quibus cunctæ molles radices, uti Zingiberis, Curcumæ, similiumque conminuantur, natura enim hisce stupidis hominibus quam maxime favet, subpeditando plurima instrumenta, quæ quotidianum ad usum ipsis sunt necessaria, nec tamen fabricare norunt: Quum vero hæc arbor adeo rara sit, hinc natura illis aliam quoque concessit rapsulam, quæ dendritis est in mari ubique obvia, quæ alio in loco inter marina a nobis descripta est sub nomine *Fungi Saxei*.

Pinguis porro vermis seu Eruca Amboinensibus in deliciis est, quem deglubunt, ejusque intestina abjiciunt, ac verruculo perforant, atque tali modo tostum edunt, instar butyri enim pinguis est, hic vero cibus adeo nauseosus est, ut nemo ipsum desideraret, nisi qui ipsi sit adsuetus: Hoc autem malum quoque patitur quotannis *Cananga frugifera*, ejus vero Erucae horrendæ sunt, ac pilis hirtæ, ex nigro & luteo maculatæ, nec edules; ita ut licet *Radulifera* nullum alium præberet usum, hic tamen locum mereretur, quum singulare subpetat exemplum Erucae edulis.

Tabula Centesima Vigesima Nona

Ramum exhibet *Radulifera* fructibus onustæ.

CAPUT

XLVI. HOOFDSTUK.

De Rasp-Boom.

Dit is een boogen boom, met een regten stam, en effene schorsse, de bladeren staan twee en twee tegens malkander, op zeer korte steelen, drie en vier duimen lank, twee dito breed, effen, en glad, de groote ribben gaan niet regt door de midden.

Het bloeizel bangt aan lange en wyde troffen, gelyk aan de Mangas, ook wat riekende. De vrucht is als een half volwassse Comommer, vyf en zes duymen lank, in vyf ladekens verdeelt, en dierbalven ook vyfhoekig, vanbuiten isze met punctjes bezet, gelyk een Doerieon, dog veel korter, en niet stekende, van binnen rood, met eenig merg gevult, en alsze open bersten, zo ziet men ieder van de vyf deelen met vier scheyds muieren of velletjes, in de lengte afgedeelt, waar van de twee buitenste styve wanden zyn, gelyk aan de oude Doerioenen, en aan de buitenste schaal vast, de twee binnenste zyn weeke velletjes, ieder gemaakt van drie groote en platte schubben los tegens malkander aanleggende, waarin schynt dat de zaad-kragt steekt, want ieder schubbe heeft van binnen een weeke kleverige korrel, als Meloen-zaad, die zig in twee blaadjes laat verdeelen, in de midden met een naveltje aan malkander hangende, en hebben den reuk van Doerioens.

In de midden tusschen de twee weeke scheyd-vellekens legt nog een korrel, een vinger lank, en een breed, in de gedaante van een staande halve Maan, of van zommige kromme Cammetjes, aan de binnen zyde scherp, en dun, langs de rugge dik, en rond. Onder de buytenste dunne schorsse of korst, legt een brokkelige substantie, als natte kork, of bier te land Gabbe Gabbe, niets na Doerioens riekende, van buiten ligt-bruin.

De gebeele vrucht berst ligt open in vyf deelen, die lang aan malkander hangen blyven, maar 't binnenste valt ligt uit, en dan blyven vyf schuytjes over.

Zy bloeyen in December, als de vruchten ryp zyn, zo komen aan die boom groote Rupzen, of hairige Wormen, omtrent een vinger dik, geel van couleur, die de bladeren en vruchten afeeten, zo dat den boom als dan kaal staat, en met deze Wormen bedekt is; Zyn bout is mede tot timmerengebruikelyk, en redelyk vry van den Worm.

Naam. In 't Latyn *Arbor Radulifera*. Op Maleys *Caju Baroedan*, na 't Hitoes, Amboinees, dat is Raspe-boom, om dat ieder van de vyf deelen des vruchts een Raspe gelykt, en daar toe ook eenigzints gebruykelyk is. Op Loehoe *Safacke Sehy*, dat is in 't Maleys *Baroedan Aleu*, of Gember-raspe. De Rupze biet in 't byzonder *Ulit Alut*, dat is *sak-Worm*, van zyn ronde gedaante.

Plaats. Dit is een boom, die weynig gevonden werd, meest op de kust van Hietoe, en tegen over op kleen Ceram.

Gebruik. Het hout van de oude stammen dient tot stylen en timmer-bout: Uyt de steekelige deelen des vruchts maakt men Raspen, om alderhande weeke wortelen, als Gember, Curcuma, &c. kleen te maken, want de natuur is deze botte Inlanders zeer dienstig, in 't verschaffen van veelderhande gereetschappen, die zy in de dagelykze buysbouding van noden hebben, en echter niet maken konnen. Dog om dat deze boom zo raar is, heeft bun de natuur nog een andere Raspe gemaakt, zynde een steen overal in Zee te vinden, en by ons elders beschreven onder de zee-gewassen, met den naam van *Fungus Saxeus*.

Voorts zyn de vette Rupzen aan den boom zittende by de Amboinezen een lekkernye, die dezelve overstropen, 't ingewand wegwerpen, aan een spit steken, braden, en zo eeten, want zy zyn zo vet als boter, dog deze kest is zo afzienlyk, datze niemant eeten zal, die daar niet aangewend is; Diergelyke plage komt jaarlyks den Cananga-boom mede over, als by vruchten draagt, dog diens Rupzen zyn leelyk, bairig, met swart en geel bespikkelt, en niet eetbaar; En al bad men geen ander gebruik van deze *Radulifera*, zo verdiendt zy al evenwel bier plaats, om datze een byzonder voorbeeldt is van eetbare Rupzen.

De Hondert negen en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de Rasp-Boom met zyn vruchten.

XLVII.

CAPUT QUADRAGESIMUM
SEPTIMUM.

XLVII. HOOFDSTUK.

*Folium intinctus. Daun Salam.**Het Indoop-bladt.*

HÆc arbor potissimum frutescit, aliquando autem arbuscula est crus crassa, quumque præterea ad arboris rubræ seu Aycou genus pertinere videatur, inter arbores eam locare volumus.

Plerumque itaque frutescit instar Guajavi silvestris, cujus truncus pedem crassus est, qui rachides emittit rectas & graciles, cortice glabro & fusco obductas. Harum folia ample sunt extensa, bina sibi obposita, brevibus petiolis insidentia, undè & sibi quasi adcumbunt, suntque minora & angustiora, quam in ulla alia Aycou specie, très quatuorve pollices longa, binos lata, superius acuminata, & integra, multæ autem costæ transversales ad oras in sinus excurrunt, uti in reliquis Aycou speciebus, folia autem superne intense sunt viridia, inferne pallide virentia, saporis aciduli, odoris gravis, qui incolis aromaticus habetur.

Flos oblongo infidet capitulo, flores referens Jambosæ albæ vel Guajavi, minor vero est, plurimisque staminibus gaudet, huic fructus subcrefcit more Jambosarum vel Caryophyllorum, magnitudine ovi Columbini, qui albus est, & ab uno latere compressus ac planus, superne coronula umbilicatus, instar Jambosæ, saporis aciduli, intusque ingens continet officulum rugosum. Optime hic fructus illam Jambosæ silvestris speciem refert, quæ Jambu Sakkelät dicitur, sed non edulis est. Ejus lignum illi Aycou simillimum est, sed durius, & tenuioris substantiæ, attamen tignis non inservit.

In campis crefcit planis & in levibus silvis copiose circa castellum *Victoriam*, ejus fructus Junio observantur.

Nomen. Latine *Folium intinctus*, juxta Malaiense *Daun Salam*, h. e. intinctus folium a subsequenti ejus usu, Amboinice in Leytimora *Kepa*. Quidam illam vocant *Aycou tuba*, quum ejus folia subtus glauca sint uti in *Tuba sterili*, re vera autem nil aliud est quam *Aycou frutescens*.

Ufus. Quum ejus folia acidulum Indis gratum saporem gerant, hinc carni & piscibus incoquantur, ut juri gratum concilient acorem cum levi adstrictione, unde & nautæ in fasciculos hæc collecta secum ducunt, immo ex Java in Amboinam illa deducunt, quum ipsis ignotum sit hic quoque obcurrere, talia acidula condimenta & intinctus ipsis salutare habentur in mari, atque hinc nomen obtinuit arbor. Stupidis vero Amboinensibus nullo sunt in usu, atque Malaienses quidam mihi indicarunt in Java quoque crescere, ibique jucundioris esse saporis Amboinensibus: Lignum vero ipsis aliquando inservit pro manubiis instrumentorum, quum durum & solidum sit instar Caryophylli silvestris. Arboris cortex ab Amboinensibus adhibetur ad Papadam coquendam, unde & inter *Oebat Papeda* numeratur.

Hitoenses hanc habent *Aycou Boppo* speciem, cujus vulgaris seu latifolia supra libr. 4. cap. 40. describitur, ejusque altera seu angustifolia hæc *Daun Salam* habetur.

Rumphii Appendix hisce aucta est.

Vera Daun Salam Bataviâ Ao. 1693. adlata, inque horto meo adulta, foliis cum superiore conveniebat Amboinensi, ejus enim folia late distabant in ordines sibi obposita & fere sessilia, formæ supra descriptæ; junioris vero arbusculæ sex. septemve pollices longa erant, ipsorumque venulæ juxta oras in sinus concurrebant, saporis parum aciduli, haud tamen adeo gratum exhibebant saporem, licet in Java tenera folia instar *Ulang Ulang* cruda edantur, ac forte inde etiam Baleyensibus dicitur *Jangang Ulang*.

Fructus illos *Jambolanæ* seu *Djuet* referunt, sunt vero minores & rotundiores, saporis aciduli & adstringentis.

Hujus

Dit is meestendeel een beester, doch werd zomtyds een boompje van een dye dik, en om dat 't daar en boven onder de geslagten van Arbor rubra of Aycou schynt te beboren, zo hebben wy hem plaatze onder de bomen gegeven.

Het blyft dan meest een beester, gelyk de wilde Gujavos, met een stam van een been dik, regte en ranke ryskens, een effene en bruyn-rosse schorffe. De bladeren staan wyd, en altyd 2. en 2. tegen malkander, op korte steeltjes, die dezelve na malkander buigen, kleender en smalder, als aan een ander geslagt van Aycou, 3. en 4. duymen lang, 2. dito breed, na voren toegespitst, met effene kanten, veele dwers-ribben lopen met bogen aan de kanten te zamen, gelyk aan alle Aycous te zien is, boven loot-groen, onder bleek-groen, van smaak zuuragtig, en wat sterk van reuk, het welk de Inlanders voor Aromaticq houden.

De bloem staat op een langwerpig knopje, en gelykt de witte Jamboezen of Gujavos, doch is kleender en digter van draden, daar onder groeyt de vrucht, op de manier als de Jamboezen of Nagelen groeyen, in de grootte van een duiven-ey, wit, en aan de eene zyde een weinigt plat, boven met een kroontje of navel, gelyk de Jamboezen, van smaak zuurachtig, van binnen met een groote gerimpelde steen. Zy gelyken zeer na die soort van wilde Jamboezen, die men Jambu Sakkelät noemd, doch zyn niet eetbaar. Zyn hout is de Aycou gelyk, doch wat harder en fynder van stof, echter tot 't timmeren niet gebruykelyk.

Het wast op vlakke velden, en in kreupel-boschen, veel omtrent 't Kasteel *Victoria*, de vruchten ziet men in Juny.

Naam. In 't Latyn *Folium intinctus*, na 't Maleysche *Daun Salam*, dat is blad des indoops, van zyn volgende gebruyk. Amboins op Leytimora *Kepa*. Zommige noemen 't Aycou tuba, om dat de bladeren van onderen groen-blaauw zyn, gelyk aan de *Tuba sterilis*, en 't is in der daat anders niet, dan een beesteragtige Aycou.

Gebruik. Dewyl deze bladeren van een rynsche, en by de Indianen aangename smaak zyn, zo werdenze gebruykt by vleesch en visch te koken, om het zap een aangename zuurte te geeven, met een kleene zamentrekking, daarom voerenze de Zeevarende met bosjes by bun, ja brengenze zelfs van Java in Amboina, dewylze niet weten, datze hier ook vallen; diergelyke zuure zauce en dopinge boudenze gezont op zee, en daar van hebben de bladeren haren naam. By de botte Amboinezen zynze in geen gebruyk, ook verklaarden my eenige Maleyers, dat die op Java wassen aangenamer van smaak zyn dan de Amboinezen, alleenlyk dient bun 't hout, zomtyds tot stelen aan gereetschapen, om dat het hard en styf is, gelyk 't wilde Nagel-hout. De schorffe werd by de Amboinezen gebruykt in 't koken van de *Papeda*, en daarom ook onder de *Oebat Papeda* geteld.

De Hitoëzen houden 't voor een Aycou Boppo, waar van 't gemeene of breedbladige boven in 't 4. Boek, Kapittel 40. beschreven is, en voor 't tweede of smalbladige boudenze dit *Daun Salam*.

Het Aanhangel van Rumphius is hier mede vermeerderd.

Het opregte Daun Salam van Batavia Ao. 1693. gebragt, en in myn thuyn opgeschoten, quam in bladeren meest overeen met het bovenstaande Amboineze; want de bladeren stonden in wyde tusschen-plaatzen, en in ryen regt tegens malkander, schier zonder voetje, van gedaante als boven staat, doch aan 't jonge boompje waarenze wel 6. a 7. duymen lang, en haer adertjes liepen langs de kanten met bogten t'zamen, van smaak een weinigt zuuragtig, doch van geen zonderlinge aangenaamheid, boevenel men op Java de jonge bladeren als *Ulang Ulang* raauw eet, en misschien ook daarom by de Baleyers genaamt *Jangang Ulang*.

De vruchten zullen zyn als Jamboelaens of *Djuet*, doch kleender en ronder, mede zuurachtig en zamentrekende van smaak.

De

Hujus arboris folia a Javanis piscibus adcoquuntur, ut ipsorum cœnosum odorem & saporem tollant. Hunc in finem primo supra ignem leviter torrenda sunt, unde gratum spirant odorem, tumque piscium condimento adduntur: In Java in perfectam excrefcit arborem.

Huic maxime adfinis est alia arbor, *Daun Parawas* dicta, quam quidam cum præcedenti confundunt, *Parawas* autem non in altam excrefcit arborem, sed tantum frutescit, qui longis suis flagellis aliis sese immiscet herbis, ac potissimum obcurrit juxta fluminum ripas circa Bataviam: Ejus folium brevius ac rotundius est illis præcedentis, atque costæ magis per longitudinem decurrunt, magisque protuberant, nec istas gerit transversales venulas, quæ in præcedentis observantur folio, hoc vero longioribus insidet petiolis, qui cum nervo medio inferius nigerrimi sunt. Hujus arboris odor & sapor aromaticus quoque magis est, ipsiusque fructus ignoti sunt, immo ipsis Javanis: Ejus folia in fasciculos conliguntur, atque in Javanorum cistis aromaticis venduntur ad usum Medicum, hæc enim folia cum *Mussi* & *Coriandro* contrita, abdomini puerorum inponuntur contra ipsius tormina.

De bladeren dezès booms werden by de Javanen meest gebruykt by vissen te koken, om dezelve de modderachtige reuk en smaak te benemen; tot dien einde moet men ze eerst over 't vuur houden, en half braden, waar doorze een aangename reuk krygen, en dan in de visch-zop doen; op Java wert het een volkomen boom.

Hier mede heeft groote gelykenisse een andere boom, *Daun Parawas* genaamt, het welk zommige met het voorgaande vermengen; doch *Parawas* wert geen boogen boom, maar blyft een struyk, die met zyn lange ranken over andere ruygtens slingert, en meest te vinden is langs de rivier-kanten omtrent Batavia. Het blad is korter en ronder dan het voorgaande, zyne ribben lopen meer in de lengte, en steeken meer uyt, zonder de veele dwers-ribbeken, die men aan 't voorgaande ziet, ook met merkelyker voetjes of steelen, zynde den steel en de middel-zenuwe pik-swart van onderen, reuk en smaak is ook speceryachtiger. De vruchten daar van zyn onbekend, zelfs by de Javanen. De bladeren werden in bondeltjes gebonden, en in de Javaanse kruid-doozen verkogt tot eenig Medecyn, want de bladeren met *Mussi* en *Coriander* gewreven, werden gespreid op den buyk der kinderen tegens buypyn.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Lignum Mucosum. Caju Lapia.

Hæc est arbor silvestris, longa angustaque gerens folia instar *Bintangor Oetan*, verum non ita hæc scabra sunt, quinque, sex, & novem pollices longa, binos & tres digitos lata, vetustarum vero arborum tantum quinque & sex digitos longa sunt & binos lata, superne glabra, inferne paucis ac subtilibus venis transversalibus donata, ad oras arcte & subtiliter serrata, ita ut vix dignosci possit, facillime autem decidunt folia, quæ irregularia ramulis insident, atque inferiora semper breviora sunt superioribus.

Flos primo rotundum refert capitulum, magnitudine *Myrtilli*, qui calici insidet pentapetalo, firmo, & retrorsum flexo, atque dein sese aperit in quinque concava & fordide albicantia petala, intus repleta brevibus staminibus, crassas & flavas antheras gerentibus, instar feminis cujusvis duras, in illorum centro pistillum locatur, quod in fructum excrefcit, qui oblongus est, pentagonus instar illius *Udani*, atque in quinque dehiscit partes, inter quas quinque plana & oblonga locantur semina, stilo intermedio conjuncta, Majo autem observatur.

Arboris lignum longis ex fibris constat, estque album, solidum, ac quodammodo ruffum, fere instar illius *Bintangoræ silvestris*, atque satis durabile, & ædificiis aptum, si sicco casum fuerit tempore.

Ejus cortex crassior est illo *Bintangoræ*, glaber quoque, atque si decorticetur, facile dirumpitur instar illius *Bintangoræ*, facillime autem a truncò separari potest. Si truncus incidatur, per aliquod tempus lymphamucosa exstillat instar *Papedæ*, quæ mox condensatur, unde & nomen suum fortita est hæc arbor.

Nomen. Latine *Lignum mucosum*. Amboinice & Malice *Caju Lapia* & *Ay-Lapia*.

Locus. In Amboinæ montibus crescit, ac potissimum in *Leytimora*.

Ufus. Lignum oportet sicco anni tempore cadere, sique penitus sit siccum, ædium tectis inservire potest, quum sit leve ac satis durabile, si vero nimis recens adhibeatur, costas facile generat, atque circa solum cito putrescit. In *Leytimora* multum expetitur ad tectorum opera, quum longa exhibeat tigna, recens vero grave est, ac proin difficile est illud ex silvis petere, tarde etiam exsiccat; ejus cortex contritus, atque sub aqua rupibus intrusus, anguillas enecat, ita ut mortuæ per aquas fluctuent.

Caju Lapia, quæ hujus parvifolia species a Sorianibus habetur, multo minor gerit folia, quatuor & quinque pollices longa, binos lata digitos, ab utraque parte acuminata fere usque ad ipsum ramum, sessi-

XLVIII. HOOFDSTUK.

De slymerige Hout-Boom.

It is een wilde boom met lange en smalle bladeren, gelyk die van *Bintangor Oetan*, doch zo styf niet, 5. 6. en 9. duymen lang, 2. en 3. vingers breed, doch aan de oude boomen zyn ze maar 5. a 6. duymen lang, 2. dito breed, boven glad, beneden met weinige en subtile dwers-ribbeken, aan de kanten digt en donker gezaagt, zo dat men 't qualyk merken kan, en ligt afvallen. Zy staan zonder ordre aan de steelen, en de agterste zyn altyd korter dan de voorste.

De bloem is eerst een ronde knop, in de grootte van *Myrtilli*, staande op een voetje van 5. styve en agterwaarts gebogene blaadjes gemaakt, zig openende in 5. bolle en vuyl-witte blaadjes, binnen uitgevult met korte draatjes, dragende dikke en geele noppen, zo hard als eenig zaad, in de midden verbergende een heuveltje, uyt het welk de vrucht wert. Zy is langwerpige, vyfhoekig, gelyk die van *Udani*, en opent baar in 5. stukken, tusschen dewelke leggen 5. platte en langwerpige zaaden, en in de midden een pilaartje, men vindze in May.

Het hout is langdradig, wit, digt, en een weinige na 't rosse trekkende, bykans als bosch-*Bintangor*, redelyk durabel als 't in de drooge tyd gekapt werd, en tot den huysbouw bequaam.

De schorsse is dikker als die van *Bintangor*, ook effen, en 't breekt in 't schillen ligt af, gelyk aan 't *Bintangor*, zy laat baar insgelyks zeer ligt van den stam afschillen. Als men in den stam kapt, loopt 'er voor een poos een slymerig water uyt als *Papeda*, waar van by den naam heeft, 't welk straks opdroogt.

Naam. In 't Latyn *Lignum Mucosum*. In 't Amboinsch Maleyts *Caju Lapia* en *Ay-Lapia*.

Plaats. Hy wast in 't Amboinsche gebergte, meest op *Leytimor*.

Gebruik. Het hout moet in de drooge Moesson gekapt werden, en als 't dan ter degen droog is, kan men het in den huysbouw aan 't dakwerk gebruyken, daar 't ligt en redelyk durabel is, maar te versche gebruykt, word 't ligt wormstekig, en omtrent den grond kan 't t'eenemaal niet duuren. 't Word echter op *Leytimor* veel gezocht tot dakwerken, om dat het lange sparren geeft, boewel het versche zynde, swaar valt uyt het bosch te draagen, en langzaam opdroogt; zyne schorsse gewreven, en onder water in de klippen gestoken, doet de Aalen sterven, en dood voor den dag komen.

Caju Lapia het kleenbladige, of daar voor van de Sorianen gehouden, heeft veel kleender bladeren, 4. en 5. duymen lang, 2. vingers breed, agter en voren toege-spijst schier tot aan de tak, met evene kanten, en fyne parale-

sessilia, & integra, costas gerunt subtiles & parallelas, qua in re cum Arupa conveniunt, solitaria vero & inordinata ramis insident rotundis, suntque crassiuscula, & scabra, atque quorundam oræ subtiliter ac vix ferratæ sunt.

Tabula Centesima Trigesima

Ramum exhibet arboris, quæ *Caju Lapia* seu *lignum mucosum* vocatur.

parallele ribben doortogen, waar in zy met Arupa overeen komen, en staan enkelt zonder ordre om haare ronde takken, dikagtig, styf, en aan zommige kan men aan de kanten effen bemerken, datze fyn gezaagt zyn.

De hondert en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke *Caju Lapia*, ofte de *slymerige hout*. Boom genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Bunius. Bune.

VEra Bunius arbor est fructus ferens edules, atque in Amboina exotica, quum vero ejus silvestris hisce in insulis inveniatur species, hinc utrasque illas hoc in capite describemus.

Primo *Bunius Sativa*, seu vera Bune, mediocris est arbor instar Pruni, comam gerens angustam, rarosque majores ramos, quorum rachides folia emittunt. Arboris cortex est crassus, succosus, & fragilis, tenuior vero illo subsequenti silvestris speciei. Folia magnitudine & forma conveniunt cum illis Guajavi, sunt autem multo glabriora & succosiora, nec per paria sibi opposita sunt instar illorum Guajavi, sed inordinata, & arcte sibi juncta in rachidum summo brevibus in petiolis, antrorsum inflexa, ac gravitate rachides deorsum deprimentia. Vetus quinque, juniora septem pollices longa sunt, tres, quatuorque digitos transversales lata, in brevem crassumque densitatem apicem, integra, crassa, scabra, & succosa, grate acida instar Acetosæ debilioris, sed parum viscosa & mucosa. Superne glaberrima & æqualia sunt, inferne venulæ vix dignosci possunt.

Flores ex racemis excresecunt digitum longis, undique parvis viridibus capitulis donatis, oblongo-acutis. In horum summo aliquid sese instar floris obfert, ex paucis brevibus, albisque staminibus compositum, quod mox decedit, ac fructus statim ad ordinariam excresecit magnitudinem instar minorum Uvarum. Fructus ex racemis dependet, uti in Europa Ribesia, vel in India Piper, qui rotundæ sunt baccæ, instar Pisorum, sed paulo majores, primo rubræ & acidissimæ, per maturitatem nigricantes, succosæ, & acidulæ dulces, esui aptæ, parvos continentes acinos in succosa ipsorum carne. Arboris lignum vile est & inutile.

Nomen. Latine *Bunius Sativa* sive *Domestica*. Malaice *Bune*. Macassarice *Bune Carbou*. Javanice *Bune Carambau*. Bataviae *Catti Cutti* seu *Cutti Catta*, quod Malaicum videtur nomen.

Locus. In Amboina, uti dictum, est exotica, vulgaris vero in Macassara & Java, ubi circa ædes, & in hortis ipsis vicinis plantatur, ejus enim fructus in foro venales prostant, hoc autem laborat vitio, quod ejus folia ab Erucis plerumque depascantur, ut & a vermibus, qui amant sese in hisce abscondere foliis. In Amboina per Macassarense semen hanc serui, ubi satis cito excresecbat, sed tarde fructus producebat, ejusque flores frustra decidebant, licet adessent plurimæ arbores crus crassæ, quæque sextum & septimum jam implebant annum.

Ufus. Hujus arboris fructus maturi & nigricantes cum racemis decerpuntur, instar Ribesiorum, inque foro venduntur, atque crudi eduntur, qui grate acidi sunt, sitimque sedant. Tenera ejus folia ad olus adhiberi possunt cum alio Sajor seu olere, cruda quoque instar Lactucæ eduntur, quæ piscibus item adcoquantur, ut grate acidum ipsis concilient condimentum. Utræque Bunii per stipites propagari possunt, ipsarumque folia a vaccis depascuntur, unde & nomen obtinuit. Si arbores fructus non bene producant, foramen per ipsarum truncos perforatur, ita tamen ne per cor penetret, trajice tum funiculum *Gomuti*, qui dependeat, copiosiores fructus producent, quum superflua liquidi pars effluat.

Secundo

XLIX. HOOFDSTUK.

De Tamme Bunie-Boom.

Het regte Bunie is een boom, eetbare vruchten dragende, en in Amboina uytlands, maar dewyl by een wilde soorte beeft, in deze Eylanden gemeen, zo moetenze beyde in dit Kapittel beschreven werden.

1. *Bunius Sativa*, of eygentlyke Bunie, is een middelbare boom, als een Pruyme-boom, met een smalle kruyn, in weinige hoofd-takken verdeeld, maar de ryskens zyn met bladeren beladen. De schorsse is dik, zappig, en bros, doch dunder dan de volgende wilde. De bladeren komen in grootte en fatsoen met de Gujavus over een, dog zyn veel gladder en zappiger, staande geenzints in rygen tegen malkander, gelyk aan de Gujavus, maar zonder order, en dicht agter malkander, aan het voorste der ryskens op korte stelen voorwaarts gebogen, en met haare sjaarte de taksens neerwaarts buygende. De oude zyn 5. de jonge 7. duymen lang, drie en vier dwersvingers breed, eyndigende in een korte dikke spitze, met effene kanten, dik, glad, en zappig, met een aangename rynsheid, als slappe zuring, doch wat smeerig en slymerig. Boven zynze gansch even en glad, van onderen kan men pas de adertjes bekennen.

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, een vinger lang, daar rondom kleene groene knopjes staan, langwerpige spits. Op dezelve vertoond zig iets als bloeyzel, zynde weinige korte en witte draadjes, 't welk straks afvalt, en de vrucht groeyt dan voorts tot haar ordinaris grootte, als kleene druyven. De vruchten hangen aan trossen, gelyk in Europa de Aalbesjes, of in India de Peper, zynde ronde besien, gelyk erweten, doch wat grooter, eerst rood en zeer zuur, in de rypheid swartachtig, zappig, en ryns-zoet, bequaam om raauw te eeten, met eenige kleene zaden, in 't zappige vleesch. Het hout is slegt en ondeugend.

Naam. In 't Latyn *Bunius Sativa*, sive *Domestica*. Op Maleys Bune. Macassars Bune Carbou. Javaans Bune Carambou. Op Batavia *Catti Cutti* of *Cutti Catta*, 't welk mede Maleys wil zyn.

Plaats. In Amboina, als gezegt, is by uytlands, maar gemeen op Macassar en Java, alwaar by omtrent de buyzen, en in de naaste thuynen wert geplant, want de vruchten werden op de markt verkogt, doch de bomen hebben die fouten, dat de bladeren meest afgegeten zyn van de Rupzen en Wormen, die zig geerne in zyne bladeren verbergen. Ik heb ze op Amboina door Macassars zaad gezaayt, daar ze wel haastig opschooten, maar droegen langzaam, en wierpen 't bloeyzel vergeefs af, hoewel 'er bomen onder waren een dye dik, zes en zeven jaren oud.

Gebruik. De vruchten ryp en swart geworden, werden met de trosjes afgeplukt, gelyk Aalbesien, en op de markt verkogt, men eetze rauw uit de band, om datze aangenaam ryns zyn, en den dorst verslaan. De jonge bladeren kan men tot moeskruyd gebruyken onder ander Sajor, als mede raauw onder salade eeten. De besien werden ook by visch gekookt, om een zuure souce te hebben. Beyde de Bunees kan men met stokken verplanten, en de Koebeesten weyden de bladeren graag af, waar van het de naam beeft. Als de bomen niet wel dragen willen, zo boort men een gat door den stam, doch dat het niet juyft door 't bert gaat, steekt daar door een touwtje van Gomuto, en laat het zo hangen, zo zal by beter dragen, dewyl een deel van de overvloedige vogtigheid hier door uytloopt.

2. Bunius





Secundo *Bunius agrestis* seu *silvestris* *Bune*, aliquando tantum frutescit, tempore autem adeo crassescit, ut vir eam vix complecti possit, ejus cortex tum binos digitos crassus est; succosus admodum & mollis, rami vero sunt recti & firmi uti in *silvestri* *Guajavo*, cum qua foliatura quoque convenit, hujus vero multo breviora sunt, tres pollices longa, atque in ramulorum summo plura sibi subposita, quæ subtus plures gerunt protuberantes costas, & integra sunt. Tenera horum folia acidulum habent saporem cum levi adstrictione & austeritate.

Flores ex racemis excrescunt, uti in domestica specie, secundum ramulos ex foliorum alis, hi vero breviores sunt, pluribusque capitulis ornati, quorum flores distingui ac dignosci vix possunt, ex viridibus enim hisce capitulis, quantum videtur, mox fructus excrescunt, qui multo minores sunt illis domesticæ speciei, qui parva & rotunda sunt granula instar *Piperis*, rubra & acida, quum sint immatura, nigricantia, & dulciora, si matura, vetusta autem corrugantur. Ramorum cortex vix acidus est, sed magis adstringens, arboris lignum satis durum est.

Nomen. Latine *Bunius agrestis*, & *Arbor Salamandra*, quum ignis flammæ resistere possit. Malaice & Macassarice *Bunerea*. Javanice *Buni* & *Wuni*. Amboinice in *Leytimora* *Ayune*, seu proprie *Aywune*, quum *Ayune* sit *arbor nuda*.

Locus. In Amboinæ locis ventosis occurrit in levis filvis, ubi solum est acutum & saxosum.

Usus ejus huc usque nondum innotuit, nec ejus fructus edules sunt, sed tenera ejus folia cruda eduntur instar *Ulang Ulang* ad *Bocassan*. Vaccæ amant ejus folia depasci. Peculiarem & miram habet proprietatem, quod ignis flammæ tolerare possit, sæpe enim fit, campos & frutices deflagrari, in quibus crefcit, unde & tota ejus consumitur coma, per corticem autem crassum & succosum conservatur, ita ut dein de novo progerminet, unde & mihi *Salamandra arbor* dicitur. In Macassara varietas ejus silvestres inveniuntur species seu *Bunerea*, crassissimos sæpe gerentes truncos concavos ac foveis excavatos, in quibus sese serpentes aliaque animalia abscondunt, quum ipsarum trunci sint muscoli & refrigerio inserviant. Fructus ejus aceto infusi, elegantem ipsi rubrum conciliant colorem.

Tabula Centesima Trigesima Prima

Ramum exhibet *Bunii sativæ*.

Ubi Litt. A ramulum denotat fructibus onustum alterius, seu *agrestis speciei*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Arbor Coeli. *Caju Langit*.

Caju Langit tam alte suam adtollit comam, ut coelum læscere videatur, hæc saltem supra reliquas sese exferit arbores silvestres, altissima enim omnium est, quæ mihi hisce in terris unquam obvenere.

Ejus truncus recte sese erigit ad viginti quinque vel triginta ulnarum altitudinem, adeoque crassescit, ut bini tresve viri eam vix complecti possint, prope radicem non alatus est, & usque ad verticem ramis orbatus.

Ejus cortex est cinereus, glaber, digitum crassus, & corneæ substantiæ, contra ejus lignum est leve, fungosum, album, & longitudinalibus ex fibris compositum, odoris gravis & saporis amaricantis. In vertice tantum suos emittit ramos plerumque erectos, qui in summo undique densis & rectis ramulis obfessi sunt irregularibus, binos & binos cum dimidio pedes longis, & erectis, horum quisque quinque & sex gerit foliorum paria, in binos ordines directe sibi obposita, peculiaris formæ, quodammodo cum illis *Caju Bessi* feminæ convenientia, sex septemve pollices longa, ultra palmam lata, in obtusum apicem desinentia & integra.

Tom. III.

Horum

2. *Bunius agrestis* of *wild Bune*; dezen boom blyft zomtyds een struyk, doch met 'er tyd word by zo groot, dat hem een man pas omvaden kan. Zyn schorsse is als dan wel 2. vingers dik, zeer sappig en week, de takken zyn regt en styf, gelyk aan de wilde *Guajavos*, die by anders aan bladeren ook wel gelykt, doch deze zyn veel korter, drie duymen lang, en wat smalder, met een ronde spits, op korte steelen, enkeld, en boven malkander aan de ryskens staande, van onderen met uitstekende ribben, en evene kanten. De jonge bladeren hebben een zuren smaak, met een kleene adstrictie en wildigheid.

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, gelyk aan 't tamme, langs de takjens, uyt den oorspronk der bladeren, doch deze zyn korter en knoppiger, daar aan men geen bescheyden bloeyzel bekenen kan; want uyt de groene knopjes, zo 't schynt, groeyen straks de vruchten, dewelke zyn veel kleender dan de tamme, zynde kleene ronde korls, als peper, rood als ze nog onryp zyn, en zuur, swartachtig, als ze ryp zyn, en zoeter, doch oud werdende, rimpelenze gebeel in. De bast van de takken heeft weinigt zuurte, maar is meerder zamentrekkende, bet hout van den boom is redelyk bart.

Naam. In 't Latyn *Bunius agrestis*, & *arbor Salamandra*, om dat by de vlammen des vuurs verdragen kan. Op Maleys en Macassaars *Bunerea*. Javaans *Buni* en *Wuni*. Amboinsch op *Leytimor* *Ayune*, of eygentlyk *Aywune*, dewyl *Ayune* is de *Arbor nuda*.

Plaats. Men vind hem in Amboina op lugtige bergen, onder 't kreupelbosch, daar het wat scherp en kraalstee-nig is.

Gebruik. Zyn gebruyk is nog niet ter degen bekend; en de vruchten werden niet gegeten, behalven dat de jonge bladeren werden raauw gegeten, als *Ulang Ulang* *Bocassan*. De Koebeesten weyden zyn loof gaarn af. Hy heeft een wonderlyke eygenschap, dat by de vlamme des vuurs verdragen kan, want het gebeurt dikwils, dat men de velden en ruyten afbrand, daar by staat, waar door by mede van al zyn loof berooft werd, echter bewaart hem zyn dikke en sappige schorsse, zo dat by daar na weder uytlaat, daarom ik hem *Salamander-boom* genoemd hebbe. Op Macasser heeft men verscheide wilde soorten of *Bunerea*, gewinnende zomtyds zeer dikke stammen, bol, en vol kuylen, daar in zig dan Serpentes en andere gedieren ophouden, om dat zyn stam moschagtig en koel is. Deze vruchten in azyn gedaan, verwen den zelven schoon boog-rood.

De Hondert een-en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de tamme *Bunie-Boom*.

Alwaar Litt. A. een takje aanwyft met de vruchten van de ander ofte de wilde soort.

L. HOOFDSTUK.

De Lugt-Boom.

Caju Langit verheft zyn kruyn zo hoog, dat by den bemel schynt te tergen, of immer's boven alle andere Wout-bomen te verheffen, want by is de hoogste, die my in deze Landen ooit voortgekomen is.

Zyn stam schiet regt op, tot de hoogte van 25. en 30. vadem, zo dik, dat hem 2. a 3. man omvaden moeten, by de wortel zonder vlerken, en als mede zonder takken tot aan den top.

De schorsse is graauw, even, een vinger dik, en van een boornachtige substantie, daar en tegen 't hout is ligt, voos, wit, en langdradig, van een bitteren reuk en smaak. Boven spreyd by eerst zyn takken uyt, doch meest over eynd, die aan haar voorste digt met dunne en regte ryskens bezet zyn, zonder order, 2. en 2½ voet lang, alle over eynd staande, yder heeft 5. a 6. paren bladeren, in 2. rygen, regt tegen malkander, van een byzonder fatzoen, eenigzints als die van *Caju Bessi* 't wyfken, 6. en 7. duymen lang, een hand breed of meer, met een stompe spits en effene kanten.

Cc 2

De

Horum nervus medius ab utraque protuberat parte, incurvus est, nec per folii medium decurrit, superiori enim parti proxime adjacet, quæ sinuosa quoque est, acsi abrupta foret, paucis porro constat folium costis, estque glabrum ac triangulare, instar illius *Metrosideri*.

Arbor hæc perfecta fructus incipit producere, qui mihi mense Novembri anni 1688. ex Nussalaut transmissi sunt, ejusque rachides breviores erant quam supra indicatum fuit, vix culmum crassæ, rectæ, firmæ, ac tribus & quinque foliorum paribus obfita, parumque striatæ, juxta has alii excrescunt petioli, pedem circiter longi, transversaliter vel deorsum positi, in minores quosdam laterales divisi, instar majoris racemi, ipsorum extremitati insident bina & bina oblonga angustaque folia, a precedentibus multum diversa, quæ adcurate examinata non folia sunt vera, sed tenuissimæ & oblongæ filiquæ, quinque pollices longæ, unum latæ, superne rotundæ, seu obtuse desinentes, per longitudinem striatæ, foliisque *Caju Poeti* majoris adeo similes, ut ejus folia quis putaret esse, non autem veras filiquas, si non in medio rotundum ac planum exhiberent tuberculum, folii latitudinem habens, quod plerumque ad externum protuberat latus, ad internum vero concavum est. Bina hæc folia longitudine, latitudine, & sinibus adeo inter sese conveniunt, acsi in prima origine sibi incubuissent, hoc autem per protuberantiam impeditur, horum color in recentibus ex flavo viridis est instar floris *Canangæ*, in vetustis vero fumeus est, suntque veri hujus arboris fructus, an vero post flores aut sine illis progerminant, huc usque ignotum est ob arborum altitudinem, quodvis hujus fructus folium videtur compositum esse ex binis tenuibus lamellis, non semper, sed ordinarie circa medium, ubi intumesceat & duriusculum est, cavitatem format, in qua officulum seminale reconditur, quod ad unum latus venula membranæ adhæret, est vero hoc planum, ex rotundo oblongum, instar fabæ *Alomode*, sæpe etiam cordiforme est, atque ab una parte protuberat, ab altera excavatum est, duriusculum, & siccæ substantiæ, saporis amaricantis, coloris flavi.

Officula ista seminalia horto meo commissa, omnia fere progerminarunt, ipsorumque nucleos diu in furculi summo gerunt, antequam foliola emittant; citroque excrescunt; rachidesque sex foliorum paria gerunt, octo & novem pollices longa, subtus lanuginosa & gilva, atque supra memoratus character excavati anguli in teneris foliis non ita notabilis est quam vetustorum, nihilominus tamen inferior folii pars semper angustior est superiori.

Nomen. Latine *Arbor Coeli*, juxta Malaienfe *Caju Langit*, & Amboinense *Aylanto*, h. e. Coeli arbor, acsi dicere vellent, altitudine sua coelum hanc lacessere.

Locus. In *Ceramæ* parte australi reperitur post pagum *Sepa* in anterioribus montibus, ubi e longinquo dignosci potest, coma sua supra reliquas sese adtollens arbores silvestres, atque etiam haud longe a litore crescit inter *Silam* & *Nalahiam*, in Nussalaut in loco dicto *Tihilanito* septem tales obcurrunt arbores, unde magno labore ramum accepi ad ejus descriptionem formandam.

Ufus ejus ulterior huc usque nondum innotuit, licet ex amaro ligni odore concludi posset, virtutibus medicis esse prægnans: Post Hualoy, prope ortum fluvii *Ama*, quoque reperitur, nec *Alphorenses* eam volunt detruncare, quum adeo rara sit. Dicunt porro in senectute, seu quum perfectam adeptæ sit staturam, ramos suos extendere, nec altiore crescere, aliquando autem sua dimittit folia, ita ut nuda sit, ac de novo regerminet. Nussalautenses, qui summum hujus arboris conscenderunt verticem, narrant sese homines tum vidisse tam pusillos, acsi feles vel canes essent.

Appendix hisce aucta est.

Tandem flores produxit arbor, quam plantavi, ex descriptis nempe majoribus racemis, qui multis onusti fuere flosculis, illis *Capsici* seu *Tsili* similibus, qui nempe ex quinque sexve stellæ-formibus & erectis constant petalis retrorsum flexis, acsi contracti essent, ipsorum color ex viridi flavescit, intusque repleti sunt decem brevibus staminibus, quorum quod-

vis

De middel-zenurwe puylt te wederzyden uyt, loopt wat krom, en niet midden door 't blad, maar de voorste belft nader, welke belft agter ook een boezem heeft, als of 'er een stuk afgebroken was, voorts met weinige ribben, en 't blad is glad en dikagtig, als dat van *Tzer-bout*.

De boom nu tot zynen volkomen wasdom gekomen zynde, begint zyne vruchten te geven, dewelke my in November 1688. van Nussalaut gezonden zyn, en waren de ryskens aan den boom korter dan boven staat, schaars een stroobalm dik, regt, styf, en met 3. a 5. paar bladeren bezet, een weinige gestreept. Bezyden dezelve komen andere steelen voort, omtrent een voet lang, of dwers, of agterwaarts gekeert, en in eenige zyde-takskens verdeeld, als een groote tros, aan der zelven eynde hangen 2. en 2. langwerpige smalle bladeren by malkander, van de voorgaande veel verschillende, en nauw bekeken zynde, bevind men dat het geene eygentlyke bladeren, maar dunne en langwerpige bouwten zyn, 5. duymen lang, een dito breed, van vooren rond, of stomp toelopende, in de lengte gestreept, en de bladeren van groot *Caju Poeti* zo gelyk, dat men ze eer voor bladeren, dan bouwten zoude aanzien, zo ze niet in de midden een ronden en vlakken bult hadden, zo breed als 't gebeele blad, gemeenelyk aan de buitenzyde uitpuyende, en aan de andere wat bol. Deze 2. bladeren gelyken in lengte, breedte, en hogten, malkander zo net, als of zy in haer jonkheid, tegens malkanderen gestaan hadden, doch de bulten beletten zulks; aan de versche is de couleur geel-groen, gelyk den bloem *Cananga*, doch aan de oude rookverwig, en zyn voor de regte vruchten dezès booms te houden, doch of zy na, of zonder bloeyzel voortkomen, is nog onbekent, wegens de hoogte der bomen. Ieder blad van deze vrucht schynt gemaakt te zyn van 2. dunne blikken, niet doorgaans, maar omtrent den midden by den bult, daarze wat dik en hartachtig zyn, makenze van binnen een holligheid, daar in de zaadkorl los leyd, alleenlyk by den eenen boek met een adertje aan de schaal vast, dezelve is plat, uyt den ronden langwerpig, als de boone *Alomode*, en zomtyds ook bertzvormig, hebbende aan de eene zyde een kusltje, hardachtig, en droog van substantie. bitter van smaak, en geel van couleur.

De voorz. zaadkorls in myn thuyne geplant, zyn schier alle opgekomen, dragende de korls langen tyd boven op haer stammetjes, eerze haare blaadjes vertonen. De boontjes schieten haastig op, en de ryskens dragen 6. paren bladeren, 8. en 9. duymen lang, van onderen wolagtig en vaal-groen, en 't bovenstaande merktyken van een uitgesneden boek, is aan de jonge bladeren zo kennelyk niet als aan de oude bladeren, niet te min is de agterste belft des blads altyd smalder dan 't voorste.

Naam. In 't Latyn *Arbor Coeli*, na 't Maleys *Caju Langit*, en 't Amboinsch *Aylanto*, dat is bemel-boom, als of ze hem beschuldigen wilden, dat hy met zyn hoogte den bemel terge.

Plaats. Men vindt hem op *Ceramæ* wysdyde, agter de *Negory Sepa*, op 't voorste gebergte, alwaar men hem van verre bekenmen kan, met zyn kruyn boven andere *Wout-bomen* uytstekende, als mede niet verre van strand, tusschen *Sila* en *Nalahia*, op Nussalaut; op de plaats genaamt *Tihilanito* zyn 7. zodanige boomen, van waar ik met groote moeyte een tak ontfangen heb, om hier te beschryven.

Gebruik. Van zyn verder gebruik is ook niets bekend, hoewel men aan den bitteren reuk des houts afnemen kan, dat 't eenige kragten moet hebben. Achter Hualoy, by den oorspronk van 't riviertje *Ama*, word by ook gevonden, en de *Alphorezen* willen hem niet afschappen, om zyn zeldzaamheid. Zy zeggen, dat hy eerst in zyn ouderdom, of als hy zyn volkomen statuur heeft, zyne takken uitspreyd, en dan niet hoger werd, doch zomtyds zyne bladeren afwerpt, zo dat hy kaal staat, en dan weder nieuwe gewind. Die van Nussalaut, die in de kruyn dezès booms geweest zyn, verhalen dat zy de menschen beneden zo kleen zien, als bonden en katten.

Het Aanhangel is hier mede vermeerderd.

Eindelyk is het bloeyzel voortgekomen aan een boom, welke ik geplant hebbe, namentlyk aan de voornoemde groote troffen, dewelke veele bloempjes dragen, die van *Capsicum* of *Tsili* gelyk, te weten van vyf en zes stersgewys staande blaadjes agterwaards gebogen, als opgekrompen, de couleur is groen-geel, van binnen uitgevult met 10. korte draadjes, ieder dragende een kort nopje als

Cumin-





vis antheram gerit brevem Cumini semen referentem, odoris gravis & molesti, nec grati, qui proxime adcedit illis Coculi Indici. Rami vero hisce racemis ex petiolis foliosis ortis onusti sunt.

Cumin-zaad, van reuk sterk-geyl, en niet zeer aangenaam, naastkomende met die van Coculi Indi. De takken staan met deze troffen uit den bladdragenden steel spruytende, beladen.

Tabula Centesima Trigesima Secunda

Ramum exhibet arboris Coeli seu Caju Langit.

De hondert twee- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Lugt-Boom, ofte de Caju Langit-Boom.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

LI. HOOFDSTUK.

Aalius.

De Aal-Boom.

A Alius duplex est, prima vulgaris seu parvifolia, altera latifolia est.

Parvifolia Aalius raro in arborem excrescit, plerumque enim frutescit, in multos sese dividens breves ramos, unde & densam format comam. Ejus cortex est glaber & fuscus, ad furculorum ortum quodammodo hirtus, non per spinas, sed obtusos apices, ramulis vero folia alternatim insident, illaque Blimbingi teretis referunt, sunt autem rotundiora & glabriora, ac plerumque Ellipticae figurae, unum cum dimidio & binos pollices longa, glabra, & ad tactum mollia, intense viridia, paucisque albis venulis per-texta, subtus glauca, saporis ingrati, plurimi autem ramuli simul excrescunt uno ex ortu.

Ex quavis fere foliorum ala capitula quaedam viridia progerminant, quorum tamen unum tantum excrescit in patinam quasi parvam, primo instar pomi viridem, dein rubentem, in cujus centro granulum locatur instar pisi, sed parum compressum & umbilicatum, & eleganter quoque rubens instar patinae minus, intus in orbem planius nigra locantur semina, trigona, seu frustula referentia conscissi globuli, Acetosa semina emulancia. Patinae hae eleganter rubentes, seu calices ac fructus elegantem praebent aspectum inter late viridem comam, diuque persistunt, folia vero potissimum exesa sunt a nigris formicis, quae copiose hanc perambulant arborem, siccaque nigerrima sunt: Cortex satis crassus est, succosus, interne ex purpureo rubens colore. Lignum album est, circa cor purpureum, satis solidum, non vero durabile.

Secundo Aalius latifolia humilis est arbor, plerumque crus & aliquando virum crassa, ejus cortex crassior est illo praecedentis, interne pallide rubens & succosus, folia ejus quoque alternata sunt, duplo & triplo longiora prioribus, haec vero istas patinas seu caliculos non gerunt, fructusque plerumque rotundos referunt nucleos: Lignum externe albicat, interne rubet, prima species litora amat inter alios frutices crescens, altera magis remote in ipsa terra in levibus silvis provenit.

Nomen. Nota est haec arbor Hitoënsi nomine Aäl & Mabumäa, h. e. Pharmacum Sagueri. In Leytimora Eyhetu Eër, h. e. Malaice Tomboan Autan, seu furculus, qui transmittitur.

Ufus utriusque arboris huc usque mihi nondum innotuit, apud Amboinenses enim spretus est frutex, corticem vero latifoliae speciei vidi adhibitum ad Oebat Papeda defectu melioris. Idem quoque cortex Sagueri infunditur potui, si alius deficiat. Prima seu angustifolia species, si in arbusculam excreverit, truncum format durum, qui postibus minorum aedium inservire potest.

N. B. Huic capiti nullam inveni subjectam figuram.

A Al is tweederley, de eerste gemeene of kleenbladige, de tweede de grootbladige.

De kleenbladige Aal word zelden een boom, maar blyft meest een beester, die zig in veele korte takken verdeeld, en een digte struyk maakt. De schorsse is effen en bruyn, doch omtrent den oorspronk der telgen wat steeklig, 't welk egter geene doornen, maar stompe spitzen zyn, aan de telgen staan de bladeren verwisselt tegen malkander te weerzyden, en gelyken de bladeren van Blinbingum teres, dog ronder en gladder, meest ovaals-gewys, 1½ en 2. duymen lang, glad, en zagt in 't aantasten, hoog-groen, met weinige witte aderjes, van onderen blaauw-groen, onliefslyk van smaak, en zulke telgjes staan ettebyke by malkander, uit eenen oorspronk.

Bykans uit ieder schoot der bladeren komen eenige groene knopjes voort, waar van echter maar een tot perfectie komt, en verandert in een kleen schotelken, 't welk eerst appel-groen, daar na rood werd, in de midden staat een korn, als een erwte, dog wat gedrukt, en met een kuyltje heen op, mede coraal-rood, gelyk 't schotelken, binnen staan in een kring veele swarte zaden, driehoekig, of als stukjes van een doorsneden kogel, gelykende 't zaad van Zuuring. Deze roode schoteltes en vruchten staan zeer mooy onder het blyde groene loof, en blyven daar lange aan zitten, doch de bladeren zyn meest doorwreten van swarte mieren, die overvloedig aan dezen boom woonen, en de afgevallene en drooge bladeren worden pikswart. De schorsse is redelyk dik, sappig, en van binnen purper-rood; het hout wit, en omtrent 't bert ligt-purper, redelyk digt, doch niet durabel.

2. De breedbladige Aal werd een lagen boom, in 't gemeen een dye, en zomtyds een man dik: De schorsse is dikker dan aan de voorige, van binnen ligt-rood en sappig; de bladeren staan ook in verwisselde ordre aan haare ryskens, wel twee en driemaal langer dan de vorige, behalven dat men hier aan zo merkelyke schoteltes niet ziet, en meest ronde korns werden; 't hout is van buiten wit, maar hoe meerder na binnen toe, hoe roder; 't eerste geslagt wast geern omtrent den strand, onder andere ruygte, 't ander wast verder landwaard in, in 't kreupel bosch.

Naam. Hy is bekend met de Hitoëze naam Aäl, en Mahumäa, dat is Pharmacum Sagueri. Op Leytimor Hyhetu Eër, dat is in 't Maleys Tamboan autan, of een uitspruytsel, dat verzonden word.

Naam. In 't Latyn *Ichthyostonos litorea*, dat is, Strandt Visch-dooder. Amboinsch op Hitoe *Aytobi*, *Aytuy*, en *Aypue*. Men zoude hem met rede onder de zoorten van Arbor *Excacans* mogen rekenen, boven in 't 3. Boek beschreven.

Plaats. Hy word weinig gevonden op 't land Hitoe, en wast meest op strand, of niet verre daar af in vlakke bosschen; de raauwe vruchten ziet men hier en daar op strand verstrooyt, want zy werden van geen beest genuttigd.

Dezen boom behoord onder de sorgelyke melkbomen, die een schadelyke kragt hebben, en is dierhalven van geen gebruyk, behalven de vruchten tot het Visch-doden, want zy besluynen een kleene plaats in eenige rivier met Serien of Horten, nemen dan eenige korfjes vol van deze vruchten, die nog groen of melkagtig zyn, stoten dezelve grofselyk, vermengenze met asch, en stroyenze in de beslotene plaatsen, daar in zy dan verders met stokken stampen en vroeten, tot dat het water met het schuym van deze korls bedekt is, alle de Visschen die 'er in zyn, komen half dood boven dryven, en werden echter zonder schade genuttigt.

Het hout, hoewel ligt en week, is nogtans durabel, en word nooit wormstekig, als 't maar droog gebouwen word, misschien is het bequaamer tot boute trippen, of *Tsjerippos*, als dat van Arbor *Excacans*, waar van boven gezegt is. De korls, die binnen in de vruchten steken, zyn zoet als Canaris, en schynen gene schadelykheid in zig te hebben, want de kinders kloppen de ripe vruchten open, en eeten de korls daar uyt.

De hondert acht- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Strandt Visch-dooder Boom, ofte de *Aytuy*-Boom.

CAPUT QUINQUAGESIMUM
OCTAVUM.

LVIII. HOOFDSTUK.

*Ichthyoctonos montana. Walan.**De Berg Visch-dooder Boom.*

Ichthyoctonos montana multo major est arbor, rectum & altum gerens truncum, cum præcedenti nullo modo conveniens. Ejus folia majora sunt, & instar remi formata, vel instar foliorum Catappan, sed minora, superne nempe lata, ac subito in apicem definita, inferne vero angustata, octo & decem pollices longa, tres quatuorve lata, glabra, pinguis, ac vix venas notabiles gerentia, sed crasso constantia nervo medio, qui superne sulcum format, & inferne maxime protuberat, quinque, sex, & septem simul poveniunt ad ramulorum extremum, uti in Catappan, ac verrucis & tuberculis notata sunt, uti & rami nodosi ac rugosi sunt.

Fructus magnitudinem habent pomorum Aurantiorum, sunt autem oblongiores, ac superne in obtusum apicem desinentes, instar cordis vaccæ, quivis autem ex crasso curtoque dependet petiolo, qui prope fructum pentagonam format coronulam, cui fructus tamquam patellæ insidet, talesque fructus bini ternive simul dependent.

Poma hæc externe colorem habent pomorum Aurantiorum, ac tandem rubescunt, demumque nigrescunt. Intus gerunt medullam siccam & fungosam, atque in hac quatuor magna officula locantur, per quatuor venas sursum ad apicem adnexa: Quodvis vero officulum vix binos pollices longum est, unum latum, planum, & parum rugosum instar linguæ, ac superne bifidum, ubi vena ista implantatur, coloris eleganter fusci seu spadicei, nunc quina talia officula, nunc unicum tantum in quovis continetur fructu. Medulla ista fungosa, in qua officula locantur, quæque exteriori adhæret cortici, pallide flavescit, sicca est, & saporis fatui, cortex exterior fuscus satis durus est, ac fere ex meris compositus noris seu nilamentis, intusque continet aliud durum putamen, atque in hoc bini obcluduntur oblongi albique nuclei, septo medio separati.

Arboris cortex est crassus, siccus, & fragilis, ac pallide rufescens, prope radices instar ignis rubens, lignum externe est album & inutile, vetustorum truncum cor est fuscum, solidum, & compactum. Radices rubent & copiosæ sunt, instar illarum Mangiorum, quoque magis rubet ipsarum cortex, eo efficacior est. Fructus maturescunt Octobri, elegantemque præbent adspæctum per excellentem ipsorum rubedinem, inter viridem comam eminentem.

Hujus arboris binæ occurrunt species, rubra & alba, potissimum radicum colore differentes, atque in terno ligni colore distinguendæ, utraq; autem illa pollent vi, quod pisces enecent. Tertia insuper hujus occurrit species, quæ penitus silvestris est, atque latiora & glabriora gerit folia, pallidius virentia, hæc etiam ad radices nullam externe exhibet rubedinem, quæ inutilis quoque censetur, puto autem præcedentem albam veram esse speciem.

Nomen. Latine Ichthyoctonos montana. Amboinice in Hitoea Walan & Walen, in Leytimora Waran.

Locus. Hæc quoque arbor raro invenitur; inque altis crescit Hitoensium montibus, uti & in Soyæ densis silvis, ubi solum est pingue & rubens, quale Amboinenses montes plerumque habent, prope magnam viam, quæ per istos montes decurrit, itidem observatur.

Ufus. Hujus arboris radices tantum in usu sunt ad pisces enecandos, quem in finem harum cortex adhibetur, quum incolæ multas ridiculas ceremonias instituunt, totam enim primo sumunt radicem, quam cum cortice supra lapidem conminuunt, sique hoc opus fere sit peractum, unus in medio circuli alios imperat omnes simul decumbere tanquam dormientes vel moribundos, quique tam diu quieti decumbunt, donec alter ter instar galli gallinacei cicuriverit, tumque omnes simul profiliunt. Inter contusionem nec illos loqui licet, nec tussire, nec spumam emittere, vel crepitum ani.

De Berg-Ichthyoctonos is een veel grooter boom, met een bogen en regten stam, met de vorige geen gemeenschap bebbende. De bladeren zyn grooter, en gefatzoeneert als 't platte van een riem, of als dat van Catappan, doch kleender, te weten voor breed, en schie-lyk in een spits eyndigende, maar na agter smal toelopen-de, 8. en 10. duymen lang, 3. en 4. dito breed, glad, vet, en bykans zonder merkelyke aderen, doch met een dikke middel-zenuwe, die boven een voorn maakt, en van onderen verre uitpuylt, zy staan 5. 6. en 7. by malkan-der aan 't voorste der takken, gelyk aan de Catappan, en zyn met wratten en puysten bezet, gelyk ook de takken knoestig en ruyg zyn.

De vruchten zyn in de grootte van Oranje-appelen, dog langwerpig, voor met een stompe spits, gelyk een Koe-ber, hangende yder aan een korte dikke steel, die by de vrucht een vyfhoekig kroontje maakt, waar op de vrucht als op een bordeken staat, en zulke vruchten hangen 2. en 3. by malkander.

Deze appels hebben van buyten de couleur van de Oran-je-appels, ten laastten rood, en dan swart. Van binnen bebbenze een droog en voos merg, en daar binnen staan 4. groote boonen of steenen, met 4. aderen na de spitze toe aan malkander hangende. Ieder boon is schaars 2. duymen lang, een breed, plat, en wat ruyg, als een tonge, voor met een kloofje, daar de voornoemde ader in-gelaten werd, schoon bruyn van couleur, zomtyds vind men vyf, zomtyds ook maar een boon in een vrucht. Het vooze merg, daar ze in liggen, en waar mede zy aan de buitenste schale vast hangt, is bleek-geel, droog, en laf van smaak; de bruyne schaal is redelyk hard, en schier uit enkele dra-den gemaakt, en besluyt van binnen nog een andere bar-de schaal, en in dezelve vind men 2. langwerpige witte korts, met een middelschotje van malkander gescheiden.

De schorsse des booms is dik, droog, en bros, ook bleek-ros, aan de wortelen vuur-rood, 't hout van buyten wit en slegt, aan de oude stammen in de midden bruyn, digt, en vast. De wortelen zyn rood en veelvoudig, gelyk die van Mangi Mangi, en hoe rooder haare schorsse is, hoe krachtiger ze is. De vrucht ziet men ryp in October, en is plaasierig aan te zien, met zyne wjstekende rodigheid onder dat groene loof.

Men heeft 'er twee soorten van, roode en witte, meest in de couleur der wortelen, en 't binnen-hout te onderschei-den, beyde van eenderley kracht in 't doden der visschen: dan is 'er nog een derde zoorte, of gantsch wilde, met gladder en breeder bladeren, die ook licht-groen zyn, en aan de wortelen van buyten geen rodigheid bebben, de-welke men voor ondeugend houd, doch ik gelowe, dat dit anders niet is dan de voornoemde witte zoorte.

Naam. In 't Latyn Ichthyoctonos montana. Am-boinisch op Hitoe Walan, en Walen. Op Leytimor Waran.

Plaats. Dezen boom werd ook zelden gevonden. Hy wast op 't hooge Hitoeeze gebergte, en op Soja, in 't digte Wout, daar een vette roode aarde is, diergelyke meest 't Amboinsche gebergte heeft, men ziet hem by den grooten landweg, die over 't zelve gebergte gaat.

Gebruik. Van dezen boom zyn alleen de wortelen in gebruyk, om de visch te dooden, en daar van alleen de schorsse, waar by den Inlander veele beuzelachtige cere-monien gebruykt, want zy neemen eerst den gebeelen wortel, kloppen die met de schorsse en al op een steen in morselen, en als 't ten naaften by gedaan is, belast de een, die in de midden zit, datze alle te gelyk nedervallen, als slapende of dooden, en moeten zo lange leggen blyven, tot dat by drie reyzen kraayt als een haan, dan springen ze weder op. Onder 't kloppen, moeten zy ook niet spre-ken, hoesten, spouwen, of eenige wind geeven.



Hoc pulvere quosdam inplent corbiculos, ac summo mane circa galli cantum ad flumen tendunt, tumque manipulum aquæ simul admiscunt & conquant, unde mox vehementer spumescit, ita ut ad palmæ crassitiem spuma sese elevet, hoc opere peracto mox instar mortuorum decumbunt, ac sese erigunt, si quis cicuriverit; inter hujus pulveris commistionem nemini licet instrumento quodam secante ad fluminis conspectum accedere, cæteroquin opus nullum fortiterur effectum. Ad aliquam distantiam in inferiore fluminis parte illud obcludunt rete positorio, tum intra horæ spatium cuncti pisces in illo obclusi loco supra aquam semi-mortui quasi supernatant, quum acredinem hujus radices oculi ipsorum irritantem tollerare nequeant, qui in ipsis quoque rubent & inflammati sunt. Non omnino moriuntur, sed vitæ quædam pars quasi superest, quam mox quoque recuperant, si recenti injiciantur aquæ, unde & innoxie quoque comeduntur recenter capti, diu autem servari nequeunt.

Per diem semel in ipsorum præsentia per pueros meos hoc Oebat aquæ injici curavi, omisissis cunctis istis ceremoniis, & licet paucam istius Oebat copiam ad manus haberem, ac locus iste satis ingens esset, sufficientem tamen cunctorum piscium fluviatilium numerum cepi bonæ notæ & saporis, qui omnes femiviventes ex aqua tollebantur, ac per Oebat vim ipsorum oculi rubentes & inflammati erant, comperi autem postea, multo melius succedere, si hoc opus summo mane institueretur, quum pisces magis supernatant, ac vehementius ab Oebat isto afficiuntur; per diem enim fundum petunt profundum.

Homines infectæ huic aquæ immisi, nullum aliud sentiunt incommodum, nisi parvum cutis pruritus, ac licet hoc Oebat non credatur mortem adferre, non licet tamen mox hanc potare aquam, oris enim ardorem excitat, noxia autem qualitas in currentibus fluviis mox disparet, exceptis angulis istis, in quibus aqua stagnat, ubi & alba ista spuma diu superest, qua & infectæ hæ aquæ deteguntur & dignoscuntur.

Si huic radici admisceantur fructus *Borii* contriti, inque aquam projiciantur simul, multo efficaciorum fortiantur effectum, omnesque enecant pisces, immo ipsas anguillas, quæ ex latebris ac fossis educi possunt, si viridi *Borii* fuste commoveantur, hoc multum solebant instituere Sojenses, in quorum montibus *Borium* copiose crescit, ipsis vero interdictum est, quum cuncta ipsorum flumina Castellum Victoriam præterlabantur, quæ quotidianam subpetunt aquam potabilem.

Folia per unicum diem ficcata & accensa, claram emittunt flammam sine strepitu. Ex fusco truncorum corde operarii instrumentorum manubria formant.

Non cuivis Amboinensi licet has petere radices, illasque contundere, vel aquæ injicere, nobis enim persuadere conantur, quasdam tantum familias per successionem huic operi esse adfueras, sique aliquis alius has tractet radices, cutis malignam scabiem vel ulcerationem contrahet. Ex supra autem memoratis exemplis patet, has tantum esse quisquilias, quum Æthiopes ac Christiani ex pago Senalo cum pueris meis hoc opus peregerunt, atque, quantum novi, nullum inde incommodum ipsis supervenit.

Hier mede dan vullenze eenige korven, gaan daar mede 's morgens omtrent 't baane-gekraay na een rivier, nemen den eene band vol na den anderen, en vryvenze in 't water, zo begint het straks zo heftig te schuymen, dat 'er de schuym een band dik boven op dryft; dit gedaan zynde, vallen zy weer neer, als dood, en staan op, als weder iemand kraayd: onder 't wryven mag niemand met een snydend Instrument de rivier in haar gezigt passeeren, of 't werk zoude geen succes hebben. Een stuk weegs beneden de rivier, zetten ze denzelven toe met een zet-net, zo zullen binnen een uur tyd, alle de visschen, die in de plaats besloten zyn, haar half dood boven 't water begeven, om datze de scherphheid van deze wortel in de oogen niet verdragen kunnen, dewelke men aan hun ook rood ziet. Zy sterven niet t'eenemaal, maar bebouden altyd nog wat levens, dat zy ook straks weder bekomen, als men ze in verscb water smyt, werden dierbalven onschadelijk genuttigt, te weten, zo verscb weg, maar tot bewaren deugenze niet.

Ik hebbe eens by dag in haar tegenwoordigheid, door myne jongens dit Oebat op 't water laten stroyen, en alle die Ceremonien wytgelaten, en hoewel ik weinig Oebat badde, en de plaats te groot was, ving ik echter een redelyke korf vol alderbande rivier-visschen van goeden smaak, die men allegaar half levend uit 't water nam, en door de kragt des Oebats roode vogen hadden, doch ik bevond, dat 't veel beter lukte, als men dit werk by 't baane-kraayen doet, wanneer de visch boven sweemt, en dies te beter van de Oebat geraakt word, want by den dag houd by zig op de grond, en in de diepte.

De menschen, die in dit vergevene water staan, voelen geen ander letzel, als datze een kleen jeuken op de buyd voelen, en hoewel men dit Oebat niet doodelyk houd, zo mag men echter niet terstond uit dit water drinken, want men gevoeld eenige brand in de mond; doch de schadelijkheid gaat in de sterklopende rivieren, datelyk voorby, bebalven de hoeken, daar 't water stil staat, en daar men 't witte schuym nog lang ziet, en waar aan men deze vergevene wateren bekenen mag.

Als men by deze wortel doet de vruchten van *Borium*, die te zamen wryft, en op 't water strooyd, zo is 't veel krachtiger, en doet allerley visschen dood boven komen, ja zelfs de Aalen, dewelke men ook uit haare holen kan brengen, als men daar in peutert, met een groene stok van *Borium* gemaakt; dit plagten die van Soja veel te doen, op welkers berg 't Bori veel wast, maar 't is hun verboden, dewyl alle baare rivieren 't Kasteel Victoria voorby lopen, en tot dagelyks drinkwater verstreken.

De bladeren, die maar een dag gedroogt zyn, branden helder, en zonder gedruys. Uyt het bruyne hout maken de Arbeidslieden ook steelen tot haare gereetschappen.

Onder de Amboinezen durft zig niet een ieder verkloeken, deze wortelen te balen, te kloppen, en op het water te stroyen, want zy willen ons wys maken, dat zekere geslagten van Ouders tot Ouders daar aan gewend zyn, maar zo iemand anders daar mede ommegaat, die zal aan 't lyf een quade schurft en Ulceratie krygen. Doch wyt het boven verhaalde giffe ik, dat dit maar beuzelingen zyn, vermits Mooren en Christenen uit 't Dorp Senalo, met myne jongens vermengd, dit werk gedaan, en zo veel my bekend, geen letzel daar van bekomen hebben.

Tabula Centesima Trigesima Nona

Ramum exhibet *Ichthyocloni montanæ* seu *Walan*.

De Hondert negen- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Berg Viscb-dooder Boom, ofte de *Walan-Boom*.



CAPUT QUINQUAGESIMUM
NONUM.*Timonius. Timon.*

Timonius est arbor campestris, quæ locum semper occupat inter caricem in apertis planisque campis, & collibus. Plerumque cruris crassitiem, & ad summum illam viri obtinet, nec copiosos gerit ramos vel folia, quæ sibi sunt obposita & quodammodo cruciata, in ramulorum extremo posita & quasi conlecta, quatuor & quinque pollices longa, binos digitos lata, paucis & obliquis admodum costis donata, ab utraque parte acuminata, in medio latissima, vulgaris formæ, seu Laurinis foliis quodammodo similia, sed angustiora & acutiora.

Flores plures simul in racemulo conliguntur, qui sunt flosculi oblongi fordide albicantes, terni simul juncti, horum medius brevissimo insidet pedunculo, & crassissimus est. Fructus rotundæ sunt baccæ, paulo minores illis Oxyacanthæ, ac simili coronula ornata, suntque porro duriusculæ, pallide virentes, dein ex flavo nigricantes, intus repletæ sunt tehuibus, oblongis, & fordide flavescensibus staminibus, quodammodo Papaveris odorem spirantibus.

Trunci cortex fungosus est, crassus, assus, & fuscus, multis in locis nigricans, acsi adustus esset, fuscus, & insipidus. Lignum est album, ac recens, satis grave, sique erigatur, copiosa ex illo exstillat lymphæ, quæ etiam exfluit, si incidatur, siccum vero satis durabile est, si sit vetustorum truncorum.

Nomen. Latine *Timonius*. Nullum gerit nomen Malacense, excepto quod quidam hanc arborem vocent *Poele Batoe* seu *Caju Belo*, nullo autem modo convenit cum *Poele*, & vera *Caju Belo* longe alia est arbor. Amboinice *Timon* & *Aytimon* vocatur ob nigrum corticis colorem, qualis in *Melopeponie* quodam etiam observatur. In *Loehoea Kenay* dicitur.

Locus. Crescit, uti dictum est, in apertis campis & in ventosis collibus, inter caricem ubique in Amboinensium insulis.

Ufus. Ejus longi & recti rami palis inserviunt, in aqua enim marina durabiliores sunt quam in terra, ad ædium tecta & trabes adhiberi quoque possunt, si crassi ipsius elegantur trunci, sed plebeis tantum in ædibus: Trunci cortex ab exterioribus sordibus depuratus, loco Pinangæ masticari potest cum Siri & calce, sed magis amaricat: Sturni alique aves ejus fructus expetunt: Quidam incolæ ejus effodiunt radices, secumque ducunt in itineribus marinis, in quibus multum frigoris alique incommoda patiuntur, sique non bene valeant, sentiantque febriles horripilationes, pedumque dolores, hanc masticant radicem cum pauxillo Caryophyllorum, Nucis Moschatæ, & Zingiberis, quæ pasta corpus simul inliniunt.

*Tabula Centesima & Quadragesima*Ramum exhibet *Timonii*.

LIX. HOOFDSTUK.

De Timon-Boom.

Timon is een veldboom, die plaats altyd onder 't sny-gras, op opene vlakke velden, en beuvels hebben wil. Hy is in 't gemeen een dye, en op 't hoogste een man dik, niet ryk van takken, nog loof. De bladeren staan tegen malkanderen, eenigzints in 't kruys, dog by malkanderen aan 't voorste der ryskens 4. en 5. duymen lang, 2. vingers breed, met weinige zeer schuynze ribben, agter en voren toegespitst, in 't midden breedst, van een gemeen fatzoen, of de Laurier-bladeren wat gelykende, doch smalder en spitzer.

Het bloeyzel komt voort veele by malkander aan een trosje, zynde vuyl-witte langhalzige bloempjes, of knoppen, staan altyt 3. by malkanderen, doch 't middelste heeft bet kortste voetje, en werd bet dikste. De vruchten zyn ronde besien, wat kleender dan die van Hagedoorn, met diergelyke kroontjes boven op, bardachtig, bleek-groen, daar na uyt den geelen rookverwig, binnen zynze uitgevuld met dunne, langwerpige, en vuylgeele zaden, eenigzints riekende na Papaver.

De schorffe des stams is voos, dik, gescheurt, en droog, op veele plaatzen swart, als ofze gebrand was, zappig, onsmakelyk. 't Hout is wit, verscb zynde redelyk swaar, en als men 't over eynd zet, veel water uytgevend, 't welk bet ook doet, als men daar in kapt, dog droog zynde, redelyk durabel, als bet van oude stammen is.

Naam. In 't Latyn *Timonius*, in 't Maleys is 't zonder naam, bebalven dat bet zommige *Poele Batoe*, of *Caju Belo* noemen, doch 't heeft geen gemeenschap met 't *Poele*, en 't eygentlyke *Caju Belo* is een andere boom, in 't Amboinsch *Timon* en *Aytimon*, in de swarte schorffe, als aan een water-Meloen. Op *Loehoe Kenay*.


Plaats. Hy wast, als gezegt, in opene velden, en op luchtige beuvels, in 't Sny-gras overal, in de Amboinsche Eylanden.

Gebruik. Zyne lange en regte takken zyn gebruykelyk tot palen of Belos aan de Zerien, want zy in zout water durabelder zyn dan op 't land, men kan 't ook in den buyshouw tot balkjes in 't dakwerk gebruyken, als men dikke stammen aantrest, en dat alleen aan slegte buyzen. De schorffe des stams van de buytensje ruygte gezuyvert, kan men in plaats van Pinang eeten, tot Siri en kalk, hoewelze wat bitterachtig is. De Spreewen en andere Vogels eeten de vruchten geern; zommige Inlanders graven de wortelen uyt, en voeren die by bun op Zee-reyzen, daar men koude en ongemak moet uitstaen, wanneerze bun dan qualyk gevoelen, als Koortfige buyvering, en steekten in de beenen, zo knauwenze deze wortel met een weinigt Nagelen, Nooten, en Gember, en besmeeren bun daar mede.

*De hondert en veertigste Plaat*Vertoont een Tak van de *Timon-Boom*.







CAPUT SEXAGESIMUM.

LX. HOOFDSTUK.

*Folium urens. Polot.**Het Brandent blad, ofte de Polot-Boom.*

Hic arbori ultimum tribuimus locum, quum media sit inter arborem & fruticem, hujus autem tres observavimus species, quarum prima est latifolia, secunda angustifolia, & tertia rubra.

Polot latifolia mediocris est arbor, truncum gerens rectum, plerumque crus crassum, decem & duodecim pedes altum, in paucos incurvos ramos extensum, uti in *Socco*, sunt autem multo rariores & breviores: *Folium* vero ipsum fesquipedem, immo duos pedes longum est, binas & tres transversales palmas latum, ad oras non serratum, multis magnis & albis parallelis costis transversalibus pertextum, quæ inferius multum protuberant, tenerumque folium quodammodo rugosum & sinuosum formant. Nervus medius & petiolus quoque albicat & herbaceus est: Folia ipsa non sunt glabra vel splendentia instar illorum Musæ, sed pallide ex flavo virentia, superne quodammodo glabra & æqualia, inferne non notabiles observantur pili hirti & pungentes uti in *Urtica*, sunt tamen parum rugosa, præsertim ipsorum petioli & costæ, quæ cutim tangentes dolorificum excitant pruritus, quo cutis mox intumescit & rubet, quod per dies aliquot sentitur.

Truncus & rami rugosi quoque sunt, spinuloso quasi musco obducti, ramorumque cortex viridis est, ex una alterave foliorum ala racemus vagus progerminat, ex incurvis petiolis formatus, multas gerens verrucas quasi, seu potius capitula, quæ sese aperientia intricatam exhibent umbellam, ex albis muscosisque flosculis compositam, qui adeo pusilli sunt, ut melius arenæ granula quam flosculos referant, qui sunt inodori. Plerumque inutiles hi decidunt, aliquando autem quasdam albas & aquosas producant baccas angulosas & difformes, facite putrescentes.

Trunci lignum molle est, fungosum, & succosum, ex meris volvulis formatum sibi inpositis, quales in Musæ stipitibus conspiciuntur, illi vero Polot multo rariores sunt, magisque lignosi, qui radios etiam in peripheria sua exhibent, si truncus transversaliter secetur.

Quum folia superna tractentur seu glabra parte, nullum excitant cutis pruritus, ita ut ab inferiore ipsorum parte sibi quis caveat, in vola autem manus innoxie tractari possunt.

Secundo *Polot angustifolia* minora & angustiora gerit folia, octo, novemque pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, in magnum apicem desinentia, intense viridia, ad oras ample dentata, non autem profunde, formæ cum præcedentibus ejusdem, ipsorum costæ non ita parallelæ sunt ac prioris, quæ virides sunt, nervus autem medius albus est, crassisque insident pedunculis inordinata in ramorum extremo, petiolus vero, nervusque medius ab inferiore folii parte multis hirtisque pilis obiti sunt, pruritus excitantibus; Hujus speciei petioli longiores sunt quam præcedentis, ac prope ortum ad ramos ab utraque parte foliolum gerunt, quod in initio corniculum refert.

Flores in brevioribus progerminant racemis quam prioris, vix binos pollices longis, ac potissimum ex intricatis simplicibus contorsionibus seu claviculis proveniunt, vitis racemis & floribus quodammodo similes, hisce insident undique breviter, rotunda, firma, & alba capitula acuminata, seu filamenta, quæ subito marcescunt, ac plerumque sine semine pereunt, hic quoque racemus florifer post folia in ramis provenit: Hæ binæ species alias quoque habent varietates, aliquando enim folia in duodecim ac quindecim pollicum longitudinem excrescunt, quinque & sex pollices lata, sic in una arbore folia magis sunt dentata quam in alia.

Flores Decembri proveniunt, atque arbores tam simplici erecto, quam pluribus simul excrescunt truncis, forma fruticis, qui non ultra pedem crassescunt: Hujus folia non tantum vehementius urunt quam præcedentis, sed cutim insuper excoriant atque exulcerant, ita ut dolor per quatuor quinqueve dies persentiat.

Wir zullen dezen boom agter aan zetten, dewyl by tusschen bomen en beesters twyffelt, waar van wy 3. soorten hebben ontdekt, 1. 't breedbladige, 2. 't smalbladige, 3. 't roode.

Het breedbladige Polot, werd een middelbare boom, met een regten stam, in 't gemeen een dye dik, 10. en 12. voeten hoog, in weinige kromme takken uitgebreid, gelyk aan den Soccum-boom, dog veel weiniger en korter. 't Blad is 1½ en 2. voeten lang, 2. en 3. dwers banden breed, aan de kanten ongezaagd, met veele groote en witte parallele ribben overdwars doorregen, die van onderen verre uitpuylen, en 't jonge blad eenigzints rimpeelig, of gevouwen maken. De middel-zenuwe en steel, is mede wit en kruidachtig; zy zyn niet glad nog glimmend, gelyk die van Pisang, maar doodverwig, ligt of geel-groen, boven eenigzints glad en effen, van onderen ziet men wel geen merkelyke bayrtjes of stekelen, gelyk aan de Bernnetel, echter zynze eenigzints ruig, inzonderheid den steel en ribben, dewelke op de buyd rakende, een pynelyke jeukte veroorzaken, waar van de buyd datelyk rood werd, en opsweld, dat men dagen lang voeld.

De takken en stam zyn ook ruig, en als met stekelig mosch bezet, zynde voorts de schorste der takken grasgroen, uit den schoot van 't een of 't ander blad, doch zelden komt een tros voort, van kromme steelen gemaakt, bezet met veele wratten of knoppen, dewelke bun openende, vertonen de verwerde dollen van witte moschagtige bloempjes, zo klein, datze beter na zandkorls, dan bloempjes gelyken, zonder reuk. Zy vallen meest voor niet met al af, doch zomtyds komen daar eenige witte en waterachtige besten aan, boekig en ongeschikt, die ligt verrotten.

Het hout van den stam is gantsch week, voos, en zappig, van enkele rollen gemaakt, die over malkander gewonden zyn, gelyk men aan den Pisang-sronk ziet, dog die van Polot zyn wel zo ydel, en houtachtig, ook verrotten.

Als men de bladeren aan de boven of gladde zyde aanraakt, zo verwekken zy geen jeukte, dies men zig maar voor de onderste zyde moet wagten, doch met 't vlakke van de hand kan men ze onbeschadelyk handelen.

2. Het smalbladige Polot, heeft kleender en smalter bladeren, 8. en 9. duymen lang, 3. en 3½ breed, met een merkelyke spitze, en hoog-groen, aan de kanten wyd getand, dog niet diep, ruiger van aanzien dan de vorige. De ribben lopen zo parallel niet, als van 't vorige, zyn groen, en de middel-zenuwe is wit, en staan mede op dikke stelen, zonder ordre aan 't voorste der takken, de steel en middel-zenuwe des blads van onderen zyn met veele en fyne bayrtjes bezet, die eygentlyk 't jeuken maken. De stelen in deze zoorte, vallen wat langer dan aan 't vorige, en hebben by haar oorspronk aan de tak te wederzyden een kleen blaadje, in 't eerst een spits of boornijte gelykende.

Het bloeizel zyn korter troffen dan aan 't vorige, schaars 2. duymen lang, en meest uit enkele verwerde drayingen of Claviertjes gemaakt, het druyven-bloeizel eenigzints gelyk, daar rondom staan korte, ronde, styve, en witte spitzzen of draadjes, die baast verwelken, en meest zonder zaad vergaan, en men ziet deze bloeyende troffen ook agter de bladeren aan takken. Zo heeft deze tweede zoorte nog eenige veranderingen, want zomtyds worden de bladeren 12. en 15. duymen lang, 5. en 6. breed, zo is ook 't eene meer getand als het andere.

Het bloeyzel ziet men in December: Het schiet zo wel met een enkele regte, als met meerdere stammen op; in gedaante van een struyk, werdende niet boven een been dik. Deze bladeren branden niet alleen vinniger dan de vorige, maar kwetzen daar en boven de buyd, zo dat men de pyn wel 4. a 5. dagen voeld.

Tertio *Polot rubra* folia gerit cum angustifolia convenientia vel paulo minora, ad oras quoque dentata: Ejus venæ, costæ, & petioli subtus fusci sunt, unde folium rubescit, cæterum prioribus similis est arbor ac plerumque frutescit, hæc species vehementissime urit, cujus dolor per octo persentitur dies.

Cunctæ tres species tam in montibus ac desertis crescunt hortis, quam in planitie, vallibus frigidis, & humidis minoribus silvis. In magnæ Ceramæ desertis prima species in satis altam excrescit arborem, instar junioris nempe Socci, in Hitoensi autem regione haud multo altior est maxima Musa, binæ aliæ species plerumque frutescunt.

Nomen. Latine *Folium urens*, quod dividitur in *latifolium*, *angustifolium*, & *rubrum*. Amboinice *Polot*, *Polat*, & *Aypolat*, ac prima species *Polot Poeti*, secunda *Polot Petu-Walan*, tertia *Polot Cau*; alii autem meliorem jure tertiam seu rubram speciem vocant *Polot Petuwani*, h. e. octo dierum *Polot*, quum ejus ardor per octo sentiatur dies, quibusdam etiam dicitur *Salattene*. Ternatice *Daulassi*. Bandice *Salattan*.

Locus. In cunctis nota est hæc arbor Moluccis, Amboina, & Banda, præsertim prima seu latifolia species, binæ enim aliæ raro occurrunt, angustifolia in horto meo sponte progerminavit sine dubio per semen, quod aves ibi projecerunt. Sponte etiam progerminat in pago *Hoekonalo* circa *Balehu* seu curiam, ac licet sæpitis usque ad solum excidatur, plures de novo emittit stipites, ad obprobrium istius pagi, vitia nempe ibi adeo prædominari, ut extirpari nequeant.

Ufus. Noxia hæc arbor peregrinos fallit, immo ipsos inscios incolas, qui hanc non bene norunt, latifoliam enim putant esse silvestris Musæ speciem, amplexus ejus decerpunt folia, ut subponant quibusdam rebus, vel suum detergent corpus, subito autem excandescunt, si ipsorum sentiant ardorem. Hæc tamen folia innoxie ab incolis sæpe adhibentur loco mantilium & mapparum, si in silvis prandium sumant, si modo, uti dictum fuit, inferiorem vitent tangere foliorum partem, hæc tamen multo magis innoxie tractari possunt, si arbusculæ hæc in locis crescunt umbrosis & humidis, quarum folia non ita vehementer urunt, tum & durities cutis Amboinensis multum huic rei favet, alioquin enim per ipsam cutem cutis durities incedamus. Pars adusta autem curatur frictione minorum Urticarum, per unius enim ardorem alter extrahitur, idem quoque præstat per calidos cineres, vitandum vero est quam maxime manus frigida lavare aqua, quum dolor inde exacerbetur.

Trunci lignum nulli inservit usui, excepto quod aliquando ficcetur & conservetur ad lentum fovendum ignem, qui alioquin per cespites alitur. Binarum reliquarum, ac maxime noxiarum specierum nullum mihi huc usque innotuit antidotum, quæ ab incolis etiam quam maxime vitantur, licet ipsorum cutis adeo dura sit, nec facile ab aliis urentibus addiciatur foliis. Per memorata tamen remedia quodammodo leniri potest ipsorum dolor: Sunt tamen quidam Amboinenses, qui sustinent secundæ speciei folia ore manducare, ac recentia inponere vulneri, a secante instrumento inflecto, ut curetur, dicunt enim in ore paucum admodum excitare ardorem, qui mox etiam exstinguitur masticatione *Siri Pinangæ*.

Intellexi homines invidiosos in Banda vicinorum Durionibus noxiam adferre, si ipsarum truncos circumvolvant ramulo *Polot*, unde cuncti Durionis fructus tam maturi quam immaturi decidunt & putrescunt.

Ex trunco latifoliæ *Polot* foetens excrescit *Fungus*, *Phallus Dæmonum* dictus; & vermis quidam inter *Scelopendria* species numerandus, *Laolin* vocatus, qui cutim gerit glabram & quasi corneam, ex multis lamellis seu annulis formatam instar furculorum *Cunæ*, qui retrorsum & antrorsum prorepat, cujus sanguis seu succus alicujus cutim rubro inficit colore, si illam tangat, quem inter insecta descripsimus.

3. Het roode *Polot*, heeft bladeren als 't smalbladige of wat kleender, mede aan de kanten getand. De aderen, ribben, en steelen, zyn bruyn van onderen, waar door 't blad rood schynd, anders de voorige gelyk, en blyft meest een struyk; dit brand het aldervinnigste, wiens pyn men 8. dagen voelen kan.

Alle drie geslagten wassen zo wel in 't gebergte, en verlatene thuynen, als wel meest in de leegte, koude Valen, en vochtig kreupel-bosch. In de wildernisse van groot Ceram, word de eerste zoorte tot een redelyken boom, namentlyk als jonge *Soccum-bomen*, maar op 't Hitueeze land valt by niet veel hooger dan de grootste *Pisang-boom*, de twee andere zoorten blyven meest struyken.

Naam. In 't Latyn *Folium urens*, verdeeld in breedbladige, smalbladige, en roode. Op Amboinsch *Polot*, *Polat*, en *Aypolat*, 't eerste *Polat Poeti*, 't tweede *Polot Petu-walan*, 't derde *Polot Cau*; andere met beter reden noemen de derde of roode zoorte *Polot Petuwani*, dat is, agtdagig *Polat*, om dat men zyn brand agt dagen voelen kan, en ook *Salattene*. Ternatice *Daulassi*. Bandanees *Salattan*.

Plaats. Het is bekend in alle de Moluccos, Amboina, en Banda, inzonderheid de eerste of grootbladige zoorte, want de twee andere vind men zelden, 't smalbladige is in myn thuyen opgekomen van zelfs, buyten twyffel door eenig zaad, het welk de Vogels daar heen geworpen hadden. Men ziet 't ook van zelfs opkomen in 't Dorp *Houkonalo*, omtrent haar *Balehu* of *Raadbuis*, en hoewel het dikwils tot de grond afgekapt werd, spruyt 't telkens met veele stammen wederom uyt, tot een verwyt van de *Negory*, dat de ondeugt by haarlieden zo vast geworteld zy, dat men ze niet uitroeyen kan.

Gebruik. Dit ondeugent gewas bedriegt de Vreemdelingen, en zelfs de onwetende Inlanders, die 't niet wel kennen, want zy 't grootbladige voor een slag van wilde *Pisang* aanzien, nemen de breede bladeren af, om onder te leggen, of om haarlieden te wegen, maar worden wel gaauw korzel daar van, als ze den brand gevoelen. Echter ziet men deze breede bladeren de Inlanders dikwils gebruiken, tot *Servetten* en *Tafellakens*, als ze in 't bosch eeten, en dat zonder schaden, als zy maar, gelyk gezegt, de onderste zyde niet aan de buyd laten komen, hoewel tot deze ongevoeligheid ook veel doet, als de boompjes staan aan schaduwtigge en vogtige plaatzen, die zo hard niet branden, als mede de hardigheid van de Amboinsche buyden: ook voor de kousen, en dunne kleederen, als men door 't bosch gaat. Zyne genezing is, dat men de gebrande plaatze wryve met kleene barnnetels, want de eene brand trekt den ander uyt; het zelve doet ook swarme assche, maar in kout water te wasschen, moet men myden, om dat de pyn daar door vermeerderd.

Het hout van den stam werd tot niets gebruykt, behalven dat men het zomtyds droogt, en bewaart om een smokkend vuur daar mede te houden, gelyk met turf. Van de twee andere en snoodste zoorten weet ik nog geen gebruyk, of middel tegen baaren brand, werdende zelfs van de Inlanders ten hoogsten geschuwt, die dog zo harde buyden, en van andere brandende bladeren geen gevoelen hebben: echter door de voornemde middelen kan men 't wat verzagten; ook zyn 'er zommige Amboinezen, die hun verstoffen de bladeren van de tweede zoorte in de mond te knouwen, en te binden op versche wonden, die van een snydend Instrument gemaakt zyn, om die te genezen, want zy zeggen, datze in de mond weinig branden, en den brand dadelyk overgaat, met het knouwen van een *Siri Pinang*.

In Banda heb ik verstaan, dat zommige nydige menschen baren naburen aan de Durioens-bomen schade konnen doen, als zy rondom den stam slaan een takje van *Polot*, waar door alle Duribenen, zo rype, als onrype, zullen afvallen en bederven.

Aan de stammen van 't groote *Polot*, waft een stinkende *Fungus*, *Phallus Dæmonum*, en nog een *Worm* uyt het geslacht van de *Scelopendria*, *Laolin* genaamt, met een gladde en boornagtige buyd, uyt veele ringen of deelen gemaakt, gelyk de schootjes van een *Cunas*, agterwaarts en voorwaards kruppande, wiens blad of sap de buyd rood maakt, als 't iemand raakt, die wy onder de Dieren beschryven.

Tabula Centesima Quadragesima Prima

Ramum exhibet *Folii urentis*, seu *Polot*.

Finis Libri Quinti.

De hondert een- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het Brandent blad, ofte de *Polot-Boom*.

Einde van het Vyfde Boek.